



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

HTON LIBRARY




LYCJ E

Aus 81790.2

HARVARD COLLEGE  
LIBRARY



FROM THE FUND GIVEN  
IN MEMORY OF  
GEORGE SILSBEE HALE  
AND  
ELLEN SEVER HALE

















*Ingressus Hungarorum.*  
*Arpado Duce.*

*F. Altoner. fecit.*

DE  
VETERI INSTITUTO  
REI MILITARIS HUNGARICAE  
AC SPECIATIM  
DE  
INSURRECTIONE  
NOBILLIUM.

---

PARS I.

AUCTORE  
JOSEPHO KERESZTURY DE SZINERSZEK,  
AGENT. AULIC.

---

---

VINDOBONAE,  
TYPIS JOSEPHI NOBILIS DE KURZBEK,  
AULAE TYPOGRAPHI, ET BIBLIOPOLAE,

---

MDCXC.

cis, partim moniti cum supremis Comitatum Moderatoribus communicare non dubitaverint.

Tot, tantisque fermocinationibus Manuscriptum Anonymi cujusdam anam praebuit, qui universas de Insurrectione, rebusque eo spectantibus inde ab Andrea II. conditas Leges e Codice Juris Patrii collegit, singulis autem pene Legum Articulis corollaria quaedam, ac animadversiones adjecit eo, uti observare licuit, scopo, ut quam gravia, ac propemodum intolerabilia cum Insurrectione ipsis adeo Patriae Legibus spectatis con-

jun-

juncta essent onera, quisque inde perspiceret,

Augustissimus Imperator, et Rex Manuscriptum hoc sibi ab Anonymo exhibitum primum cum Dicasteriis, tum cum ipsis etiam Comitatibus communicari jussit, non alium ob finem, prout ipse mentem suam explicuit, quam ut operis hujus notitia ad universos Regnicolas perveniret.

Et vero multorum utriusque ordinis virorum nobilium manibus Manuscriptum hocce terebatur, lectumque varios, uti pronum est conjicere, in mentibus eorum sen-

fus, atque opiniones concitavit. Alii namque unicum illud Ordini Equestri, spectatis Patriae Legibus, incumbere posse onus existimabant, ut hoste vel confinia invadente, vel ad ipsa Regni viscera penetrante quisque ad defendendam communem Patriam *in Persona sua* properet. Alii contra praeter Infurrectionem personalem alia etiam multiplicia, eaque gravissima onera, quae Anonymus singulis quasi paginis recenset; belli, pacisque tempore supportanda sibi fore arbitantes majorem in modum angebantur.

At

At nîmîum præpropera, meo quidem iudicio, unius, et alterius partis fuit sententia. Qui enim recte ea de re opinari desiderat, cum non nuda solum verba Legum, sed circumstantias, causas, modumque, quo conditae fuerunt, pensitare, historiam temporum etiam remotissimorum consulere, ipsum denique, ut ita dicam, Legum spiritum penetrare necesse est. Ita præterea anima comparatus esse debet, ut nec immoderato Patriæ suæ amore abreptus juribus Majestaticis quidquam demere, nec Principis auctoritatem, quam utique cuncti venerari debemus, ultra limites a Lege definitos ex-

tendere velit, verum medium quasi se inter Regem et Regnicolas perinde, ac si extraneus foret, neque ulla ad se sive detrimenti, seu utilitatis inde pars spectaret, collocet.

In hoc indifferentiae statu me collocans argumentum hoc pertractandum fumsi, totoque in opere ita progredi mihi proposui, ut nec libertatibus carissimorum Concivium meorum, quorum me membrum, licet minimum, esse glorior, quidquam demam; nec jura Majestatis Regiae, quae cuique probo Civi sacrosancta esse debent, vel in minimo accidam, verum nudam solum veritatem in omnibus  
se-

sequi studeam. Itaque Leges omnes, quamvis saepe alias vi muneris mei lectas, semel atque iterum revolvi: Corollaria Anonymi diligenter examinavi: historiam denique Hungariae ad ipsa ejus primordia regrediendo in subsidium vocavi. Ita tandem, quid Princeps a Regnicolis nomine Insurrectionis juste postulare possit, quidve nos juxta verum et genuinum Legum sensum eo titulo praestare debeamus, apud animum meum constitui, ac de gravi hoc argumento, quod a nullo hactenus Scriptore rerum Patriarum ex professo tractatum fuisse memini, scribere aggressus fui.



Principalis igitur praesentis operis scopus est Infurrectio, et cum hac connexa rei militaris Hungaricae inde a primis Gentis nostrae initiis constitutio. Sed, quia vera illius indoles, progressus, variaque fata, quae singulis quasi seculis subivit, absque adjumento Historiae intelligi non possunt, brevem Historiae Hungaricae synopsis in quinque divisam periodos praemittere me debere existimavi, sapiens in eo Clariss. Mitteri monitum sequutus, qui in erudito suo de Feudis Imperii Romani libro C. I. ait: “Cum de Institutis, atque juribus (*Nationis cujuspiam*) agitur, quae ex arbitria

ria

„ria quadam hominum voluntate,  
„atque consensione primam duxe-  
„re originem, ex eaque etiam ho-  
„die obligandi vim eousque reti-  
„nent, donec surrogatis aliis abo-  
„lita, et antiquata fuerint; oppi-  
„do sane manifestum est, ad ge-  
„nuinam illorum negotiorum juri-  
„umve indolem pervestigandam  
„illud maxime necessarium esse;  
„ut quam primi illorum Auctores,  
„Conditoresve naturam iisdem af-  
„signaverint, quidve defluxu tem-  
„poris, et per singulas aetatum  
„vices usque ad praesens aevum  
„immutatum in iisdem aut abro-  
„gatum fuerit, diligenter et cum  
„cura inquiratur. Hac enim rati-  
one

„one, sicut ad sequentia pulchre  
„aditus munitur, ita mox in ipso  
„operis progressu multae et insi-  
„gnes difficultates facili opera ex-  
„pediri poterunt.“

Qui Patriarum rerum studio  
tenentur, multa ex historica hac  
deductione videre, et cognoscere  
poterunt, varias nimirum Insur-  
rectionis vicissitudines, miras Rei-  
publicae Hungaricae conversiones,  
causas denique, quibus impellen-  
tibus Regnum aliquando ad sum-  
mum splendoris gradum pervene-  
rit, aliquando vero ad imum de-  
ductum sit praecipitium, quod-

se.

seculorum calamitates, et infortunia etiamnum subsistat, id praecipue illustri illi Nobilitatis Hungaricae Ordini adscribendum esse, qui militari sua virtute, inde et Scythia illata, nulloque aevo contaminata, firmissimum semper Regni, Regumque suorum fulcrum, et columnen fuit.

Quod si aliquis multa, quae cum Infurrectione minus connexa esse videbuntur, hoc in opere intermixta repererit, eum cogitare oportet, rem Militarem cum Politica adeo arcto saepenumero colligatam esse nexu, ut una ab alia vix separari possit, neque raro,  
cur

cur res Regni Politica defluerit,  
causam a militari, et vicissim, cur  
militaris neglecta fuerit, a Politi-  
ca arcessendam esse. Denique ni-  
hil abs me sine causa scriptum esse  
is, qui limpidos habet oculos, fa-  
cile observabit.

Ad stilum quod attinet, eum  
facilem potius, ac popularem,  
quam turgidum, aut floribus lati-  
nae linguae anxie conquisitis asper-  
sam sequi conatus sum, id animo  
reputans, me pro cunctis Patriae  
meae Civibus scribere, itaque id  
me praecipue operam dare oport-  
ere, ut ab omnibus intelligar.  
Quamquam ingenue fateri cogor,

opus

opus hoc intra trium solum mensium spatium, et quidem solitas inter muneris mei curas consumptum esse, ac proinde non tam de verbis, quam rebus cogitandi tempus mihi suppetuisse.

Quod vero ad animum meum, quo opus hoc elucubrandum suscepi, spectat, palam, publiceque declaro, me solo, et unico Patriae meae amore laborem hunc aggressum fuisse, ut nempe pericari mei Concives, quibus Leges Patrias cum Historia conferendi tempus, vel occasio defuit, quidquid ad cognoscendum veterem militandi, insurgendique

mo-

morem pertinere potest, Legesque eo spectantes penitus nosse, atque ita, si de Infurrectione aliquando ordinanda, regulandaque in Comitibus Regni actum fuerit, omnibus iis, quae ad illustrandam hanc materiam pertinent, uno quasi sub obtutu positis, suaque naturali, neque interrupta serie deductis pro communi Patriae salute operam suam eo efficacius, atque utilius conferre possint. Datum Vindobonae die 20. Novemb. 1789.

Josephus Keresztury  
de Szinerszek. m. p.



## PERIODUS I.

*Ab Anno 886. usque ad Annum 1235.*

---

### HUNGARIA FELIX.

I. **H**ungari *Gens ingenua et libera*, Hungarorum • Scythia egressus A. 886  
 uti eam Leo sapiens Imperator Graecorum appellat, a) Patrii soli angustias non ferentes, sub finem seculi IX, ex Asia in Europam transiverunt.

---

a) *Gens virorum copia florens ingenua est, et libera. Nulla ei magnificentiae rerumque affluentiae est cura, sed id unice studet, ut animi fortitudine hostibus suis praestet...*  
 la-

A



runt. Primum eorum impetum Russia rubra fustinuit, qua devicta, mutisque foederibus pactis, ad terram Pannoniae, quam ab Attila, nobilissimo gentis suae Principe olim possessam intellexere, quaerendam, occupandamque progressi, superatis alpi- bus Carpaticis, ea in parte, ubi nunc Unguarinum situm est, substiterunt.

Eorum  
Exerci-  
tus.

II. Exercitus Hungarorum in septem divisus agmina, quorum singulis unus de septem Ducibus, seu Capit-

---

*labores omnes, atque aerumnas strenue per- fert, nulli aestui aut frigori cedit; ceterosque rerum ad vitam necessariorum defectus aequo animo perpetitur. Tacticorum Cap. XVIII.*

Revera Clar. *Kollario* multum in acceptis referre debemus, qui elegantissimum Leonis sapientis fragmentum, de primis Hungaris conscriptum, eleganti suo opusculo, cui *Historiae Jurisque Publici Regni Hungariae amoenitatum* nomen indidit, inseruit. Inde enim mores, indolem, arma, modumque pugnandi, quo primi Hungari utebantur, cognoscere et demirari licet.

taneis, Almo Duce suprema potestate gaudente, praerat, non computatis uxoribus, prolibus, aliaque promiscua multitudine e CCXVI mille capitibus constabat a). Neque tamen putandum est, horum unice virtute fortissimas gentes, quae Pannoniam, aliasque Provincias, e quibus subinde amplissimum Hungariae Regnum conflatum est, colebant, devictas et sub jugum missas fuisse. Certum enim est, multas alias nationes iis se se vel in progressu, vel in ipsa jam Pannonia adjunxisse, junctisque armis in tot tantisque triumphis, quibus natio haec inclaruit, sociam, eamque fidelem operam praestitisse.

III. Nam, dum adhuc *Kioviam*, principem Ruthenorum urbem, oppugnant, septem Duces *Cumanorum*, quae gens ea aetate Moldaviam incolebat, cum numerofo milite ad eos accesserunt, qui cum Hungaros et lingua et genere sibi affines esse (*Pacinacitas* enim Moldaviae et Valachiae incolas, Socii.

A 2                      fu-

---

a) Thurocz: Chronica Hungarorum Part. I. Cap. II.

subinde Chunnos, aut Cumanos dictos, a veteribus Hunnis ortum duxisse, extra dubium est) cognovissent, in unam cum iis gentem sponte coaluerunt, laborum, et prosperitatum futuri focii. a)

*Rutheni* quoque permulti, praedarum potissimum spe allecti, Hungaros secuti sunt, sedesque in variis Regni Hungariae partibus fixerunt. b) Posteaquam autem Hungari contra indigenas Pannoniae, partiumque finiti-

- 
- a) *Duces Cumanorum, cum vidissent pietatem Almi Ducis, quam fecit circa Ruthenos, pedibus ejus provoluti se sua sponte Duci Almo subjugaverunt, dicentes: Ex hodierna die nobis te Dominum ac Praeceptorem usque ad ultimam generationem eligimus, et quo te fortuna tua duxerit, illuc te sequemur. . . Tunc hi VII. Duces Cumanorum cum uxoribus et filiis suis nec non cum magna multitudine in Pannoniam concesserunt. Anonymus Belae Regis Notarius Cap. X.*
- b) *Similiter etiam multi de Ruthenis Almo Duci adhaerentes secum in Pannoniam venerunt, quorum posteritas usque in hodiernum diem per diversa loca in Hungaria habitat. Ibidem.*

timarum populos pugnare coeperunt, *Siculi*, *Bisseneni*, imo ipsi etiam *Slavi* in eorum societatem spontanea deditione aggregati sunt. a) Ut adeo mirum non sit Hungaros, strenuos per se milites, tot insuper auxiliaribus copiis suffultos, paucos intra annos, omnia Regna et Provincias, quae ab Alpibus Carpaticis usque ad mare Adriaticum, et a monte Cetio (qui Noricum, seu Austriam a Pannonia dividebat) usque ad Bulgariam por-

A 3

ri-

a) *Omnes Siculi, qui primo erant populi Attilae Regis, audita fama Usubun (unius e Septem Ducibus) obsides dederunt, et ante exercitum Usubun in prima acie contra Menumorout pugnaturi coeperunt.* Anonym. Cap. L.

*Dux Zulta ex parte Teutonicorum usque ad pontem Guncil . . . collocavit Bissenos pro defensione Regni sui.* Id. Cap. LVI.

*Omnes Slavi habitatores terrae, propter timorem eorum, se sua libera sponte Hungaris subjugaverunt. . . . Tunc Zuarda, et Cadusa, nec non Huba (Duces Hungarorum) eos blandis verbis sub dominium Ducis Arpad subjugaverunt, et ipsos secum in expeditionem duxerunt.* Anonym. Cap. XXXIII.

rigebantur, debellasse, suaeque potestati subiecisse, a)

## IV.

a) Quanam gentes tempore ingressus Hungarorum, vastas illas Regiones, ex quibus Monarchia Hungarica coaluit, incoluerint, ex Anonymo Belae Regis Notario discimus. Pars nempe ea, quam nunc *Cisdanubianam* vocamus, intra Danubium, et montes Carpaticos sita, atque usque ad Moravam flumen protensa, a Marahanis Slavis, Principe Zurbur, cujus Regia Nitriae fuit, populis jura dante, inhabitabatur. *Transdanubianam*: intra Danubium et Dravum fluvium comprehensam (olim magnam Pannoniam dictam) Slavi Marahani, et Pannonnes; in parte autem aliqua Carinthini, aequae Slavicae originis (indubie ii, quos nunc Vindos in Stiria, et Vandalos in Comitatu Castriferrei nominamus) tenebant, ab Anonymo Belae Regis Notario, Romani dicti, propterea quod Graecis Imperatoribus jure clientelae obnoxii fuerint. Regioni intra Danubium et Tibiscum positae, quae nunc Partium *Cistibiscanarum* nomine venit, una cum Ducatu Sirmii, Dux Salanus, Bulgarus, imperitabat, habitatores vero illius partim Slavi, partim Bulgari fuerunt. At Provincias, e quibus nunc pars *Transstibiscana* componitur, parte quidem su-

IV. His victoriis parto Regno, <sup>Limites Regni firmant.</sup> cui abolitis veterum Regnorum, et Provinciarum nominibus, unicum jam Hungariae nomen adhaesit, princeps Ducum Hungariae cura fuit, ut limites novelli Regni contra quosvis vicinorum populorum insultus tutos, defensosque redderent. Observatum autem est, Hungaros mediterranea potissimum Regni Loca infedis, in finitimis vero ordinarie Socios, Civitatis jure donatos, pro defensione collocavisse. Itaque partes Polonis oppositas, indeque longa alpium Carpaticarum catena segregatas, Ruthenis custodiendas concediderunt. Ad

A 4

li-

---

-superiore, fluviiis Crisio et Samusio ad-  
sita, Dux Slavorum Menumorout; infe-  
riore vero, quae Danubio et Marusio  
intercluditur, Dux Glad, suprema po-  
testate gubernabat, populo e Slavis, Bla-  
chis, seu Valachis, et Bulgaris consisten-  
te. Regionibus denique Ultrasilyanis,  
quae nunc *Transilvania* dicitur, Princeps  
Gelon Valachus imperabat; populus au-  
tem e Slavis et Blachis, seu Valachis  
consistebat. At ultra Danubium erat  
*Terra Racy*, seu *Rascia*, *Slavonia*, et  
*Croatia* usque ad mare Adriaticum.

limites Teutonicorum, seu Germaniae collocati sunt pariter Rutheni, quorum praecipua Arx hodieum in confiniis Austriae *Orosz-vár*. (Arx Ruthenorum) appellatur. His continua serie ultra lutum *Mufun*, sive lacum Neusiedler See vocatum, adjuncti sunt Bilseni, sive Bosnenses, qui hodieum in confiniis Austriae, imo ipsa etiam in Austria, retento veteri idiomate, multa Loca incolunt, et propter vicinitatem dicti lacus Wasser Kroaten compellantur. Limitum ultra Dravum, flumen custodiendorum fidelibus et bellicosissimis Slavonibus, Croatis, Bosnensibus, et Serblis, seu Serviis cura concredita. Denique confinia terrae Ultrasilvaniae, seu Transilvaniae, Sicularum vigilantiae, et fortitudini commissa sunt. a) In singulis

- 
- e) Dubium tamen non est, Hungaros etiam in nonnullis confiniis collocatos fuisse, uti in Comitatu Castriferrei versus limites Stiriae, cujus Provinciola, sive *Processus*, eam ob causam hodieum *Eörség* compellatur; imo pagi etiam multi in Hungaria reperiuntur, quibus nomen *Eör-felsö - eör, alsó - eür* etc: ad ho-

gulis confiniis complures arces, partim veteres communitae, partim novae excitatae sunt, Praefecturae autem limitum ordinarie fortissimis Hungarorum Belliducibus, quorum aliqui, Slavico nomine retento *Bani*, aut *Vaivodae*; alii vero *Comites*, Hungaris ad exemplum Graecorum proprio vocabulo nominati sunt, conferri solebant. Eorum numerus pro temporum varietate jam augeri, jam imminui solebat. a)

A 5

V.

hodiernam usque diem inhaesit, Vide infra §. XII,

a) Ii, qui Transilvaniae et Valachiae vicaria Regum Hungariae potestate praefuerunt, juxta veterem Slayicorum populorum usum *Vaivodae* compellabantur. *Banos* Croatia, Slavonia, Dalmatia habebat; praeter hos multi alii *Bani* in Annalibus Hungariae occurrunt, uti *Banus* de *Bosna*: de *Soa* et *Vozora*, quas arces cum ditione adjacente Lucus in Bosnia collocat: de *Machov*, seu *Matschov*, in Regno Ramae, quod a Sirmio Savo flumine separabatur: de *Rusznja*, seu *Ruthenorum*: de *Zevrino*, seu *Severino* in Valachia. *Comites* autem finitimum locorum praecipui fuere: *Comes*  
*Poso-*



Institutum  
hujus  
utilitas

V. Institutum hoc quemadmodum antiquissimum, ita Regno universo perutile semper fuisse, multiplex experientia affatim demonstravit. Primum enim copioso, eoque semper vigilante milite confiniario securitati Regni optime prospectum fuit; quoties enim aut vis aliqua extrinsecus Regno imminebat, aut in vicinis Provinciis hostes se congregabant, vigilantes in Turribus per confinia dispositis, tanquam in totidem speculis die nocteque excubantes, supremum illico confinii Praefectum, is vero ope cursorum publicorum, toto in Regno dispositorum Regem, tum vicinos  
eti-

---

*Pofoniensis, Comes Temesiensis; Comes Bifsenorum: Comes Siculorum, qui quandoque generales etiam Capitanei in legibus appellantur. Vid. Palma, notitiae rerum Hung. §. 3. Introductionis in novae Hungariae Historiam.* Supremos hos confiniorum Praefectos olim ad imitationem Germanorum *Marchiones* etiam appellatos fuisse, apparet e Decretis Divi Regis Stephani, aliisque antiqua aetate conditis.

etiam Comitatus a) certiores reddere solitus fuit. Quodsi re ipsa vel hostis, vel praedones in confinia irrupissent, Praefectus limitum coacto milite confiniario, illico vim vi propulsabat, aut si ipse non sufficeret, auxilia a vicinis confiniis et Comitatus accersere consuevit. Si autem contigit, Regnum bello involvi, e cunctis confiniis a belli periculo remotioribus miles extrahebatur, cum reliquo exercitu, ubi necessitas postulabat, depugnaturus.

## VI.

---

a) In singulis Comitatus cursores, quorum munus fuit, literas et nuncios ad vicinos Comitatus deferre; unde deinde usque ad Regiam urbem eodem modo promovebantur, constituti fuere. Ideoque tanquam Regii conditionarii, ab omni alia servitute liberi fuerunt. Hinc intelligitur lex S. Ladislai Decr. L. III. Cap. 28. *Nemo cursorum audeat, ducere equum ultra tertiam villam, vel accipere ad ecclesiam euntium, sive ad curiam Episcoporum, seu Comitum, nec de Praesbyteris aut Clericis aut curribus eorum. Accipiat autem qualescunque invenerit equos, ut Regis legatio citius expediatur. Quodsi autem gravioris momenti rem, unde Regno pe-*  
rico-

Stabilis  
militia  
consti-  
tuitur.

VI. Stabilitis et contra omnem vim exteram munitis limitibus provi- di Hungariae Duces, praesertim Arpadus, et Zoltanus (Zultan) inter- nae etiam Regni securitati profici- piendum existimabant. Gentes enim, quas bello devicerunt, erant nume- rosae, et fortissimae, data opportu- nitate facile jugum excusurae, ut successores olim Attilae, et aliquot post seculis Hunno-Avares tristi ex- emplo didicere, nisi Respublica ita semper constituta esset, ut quibusvis moliminibus propria virtute occurrere possit. Praeterea prudentis Politicae ratio dictabat, tantam semper in Re- gno militiam servandam, quanta non  
mo.

---

riculum aliquod imminere posset, ad confinia deferri contingebat, Comes Ca- stri finitimi (uti e Colomani Regis Decr. L. I. art. : 36. apparet) *duos nuncios praeiunctis equis megalibus, seu exercitua- libus, qui in singulis Comitatus aiebantur, immediate ad Regem dirige- re obligabatur, qui cum proprio cibo illuc pervenientes, pretium viatici a Pa- latino Comite, et tantundem quo reditus accipiebant.*

modo hostibus propulsandis, sed pluribus etiam Regnis et Provinciis, aut occupandis aut certe tributariis reddendis sufficiat.

Castra  
Regia

VII. Utrumque hunc finem ut obtinerent, Regnum univcrsum in plures Provincias, seu Comitatus dividerunt, in singulis autem unum, aut plura Castra, seu munimenta, partim jam reperta, partim de novo exstructa collocarunt, quae communitatis vocabulo *Vár*, adsita autem Provincia *Vár-megye*, quasi territorium Arcis compellabantur. a) Subinde

---

a) Teste Anonymo Belae Regis Notario, Hungari Pannoniam ingressi, antiqua ejusmodi Castra invenerunt sequentia: *Borona* (Baranya) *Bihor*, *Bodrog*, *Castrum ferreum*, *Gömör*, *Keve*, *Novigrad*, *Nitra*, *Pest*, *Szatmar*, *Trusun*, (Threnesin) *Ugotsa*, *Unguar*, *Besprem*, (Vesprimium) *Zemplin*, *Posaga* (Posega) *Zabrág* (Zagrabia) et *Ulcov* (Valco). De novo autem extruxerunt Castra *Bars* et *Borsod*, *Camarum* (Comaromium) *Sunad* (Csanadium) *Surungrad* (Csongradinum) *Zobolsu* (Szabolcsinum) *Zovolum* (Zolium).

de Geiza Dux, et Rex Stephanus plura ejusmodi Castra, adjecto cuiusvis pro ratione fluminum, aut montium majori, vel minori territorio, seu Comitatu erexerunt, adeo, ut jam sub S. Stephano LX. Comitatus exstiterint, subinde vero teste Rogerio eorum numerus inclusa Transilvania, Slavonia, et Croatia, ad LXXII. productus sit.

Comites  
Castro-  
rum.

VIII. Cuiusvis Castro vir nobilitate generis, bellica virtute, et aliis animi dotibus conspicuus *Comes Castri* (supremus Comes) dictus, praefectus fuit, cuius auctoritas sese non modo ad Castrum ipsum, sed ad universam Provinciam, Castro circumfusam, seu Comitatum extendit. a)

Mu-

---

a) Haec Castrorum, et Comitum Castri institutio ab Hungaris non tam excogitata, quam a Slavicis populis adoptata videtur. Antiquissimi enim rerum Slavicarum Scriptores ejus meminerunt; quos inter Presbyter Diocletias de Regno Slavorum Cap. XIII. scribit, Regem Slavorum XI *Svetopelek* nominatum, qui longe, ante

Munus Comitum Castri temporaneum fuit, donec nempe Regi placuit; potestas autem in militaribus, civilibus, judicialibus, atque oeconomicis per ampla. Nos pro instituto hujus operis tantum de militari agemus; prius tamen de antiqua Comitatum forma notitias quaspiam nos praemittere oportet.

---

ante ingressum Hungarorum imperabat, in unaquaque Provincia Banum ordinasse; id est Ducem ex suis consanguineis, fratribus, et Iupanos, id est Comites, et Sednicos, id est, Centuriones ex nobilioribus earundem provinciarum. Dedit autem unicuique Bano, id est Duci, potestatem sub se habere septem Centuriones, qui recte ac juste populum judicarent, et tributa acciperent, et Banis praesentarent; Bani post haec medietatem Regi persolverent, et medietatem sibi tenerent. Comitibus vero, id est Iupanis, iussit sub se habere unum Sednicum, qui cum eo similiter judicaret populum cum justitia, et duas partes tributorum Comites, id est Iupani, Regi ut solverent, tertiam vero suo usui retinerent: Banis autem, sive Ducibus, nullam rationem facerent, sed unusquisque teneret, et dominaretur Iupanis earundem provinciarum ac regionum, sed soli regi rationem redderent.

oportet, quo sic Lectores universam rei militaris Hungaricae constitutionem plene cognoscere possint.

Bona Castrensia.

IX. In singulis Comitatibus Ar-  
ci, seu Castro ampla latifundia cum  
villis, possessionibus, et praediis ad-  
jecta fuerunt, Bona haec Castrensia:  
erant, et ad Regem, Statumque pu-  
blicum pertinebant. Illic publica hor-  
rea frugibus quotannis replebantur,  
illic pascua armentis regiis, et prae-  
fertim equis *exercitualibus*, sive pro  
militia, Regisque servitio destinatis,  
longe lateque patebant, illic Decimae  
frugum et *Cibriones* vini, sive jus  
montanum, a Subditis colligebantur.  
Decimae enim, quas S. Stephanus  
Episcopis subinde addixit, initio par-  
tem publicorum Regis et Reipublicae  
proventuum efficiebant. Illic deni-  
que census et tributa, quos subdi-  
tus populus dependere debebat, ad  
aerarium Castri quotannis rite infe-  
rebantur.

Korum  
admini-  
stratio.

X. Unde in quolibet Comitatu  
complures erant *Tavernici*, *Agazones*,  
*Pincernae Regii*, quorum curae aedes

an-

annonariae, cellae vinariae, et armenta commissa erant. At Comitis Castri munus erat, his omnibus invigilare, census et tributa percipere, res vero naturales, uti fruges, vina, aliaque (dum pro necessitate Regni necessaria non erant) parato aere commutare. Ex omnibus his proventibus una tertia Comiti Castri, ejusque Officialibus cedebat, duae vero tertiae singulis annis ad aerarium Regium certissime administrari debuerunt. a)

XI. At Subditorum Castrensi-<sup>Diversae Subdito- rum clas- ses.</sup> diversae erant classes, alii nempe *Jobagyones* Castri, alii *Udvornici*, sive *Conditionarii*, alii *Servientes* Castri, sive *Liberi*, alii denique *Cives* fuerunt.

XII. *Jobagyones* Castri inter ali-<sup>Jobagyones.</sup> os Subditos primas tenebant; Illi enim agris donati, juxta libertatem a Divo Stephano Rege acceptam, ab

a) Colomani Decret. L. II. Cap. 79. Andree II. Decr. art. 29.



ab omni alia servitute immunes fuerunt, tantum militare tenebantur. Haec erat Castrensis illa militia, quae et Castrum per vices custodire, et sub vexillo Comitis Castri ad bellum, quoties Regi placuit, proficisci debebat. Domi autem securitati publicae invigilabat, ne vel motus aliqui nascerentur, aut fures et latrones, aliive perversi homines Provinciae nocumentum adferrent. — At Jobagyones Castrorum in confiniis positorum praeter dicta officia insuper limites tueri, ne Regnum noxii, aut periculosi homines ingrederentur, excubare, neve mercibus clam inductis, aut eductis, Aerarium Regium defraudaretur, die nocteque invigilare debebant; unde *Eury*, sive Custodes nominabantur. a) Dupplicis autem ordinis Jobagyones Castri erant, alii, quorum Majores terras a S. Rege cum onere militandi acceperunt, alii vero, qui a posterioribus Regibus eandem ob causam fundis donati fuerunt. Illi *Jobagyones*

---

a) S. Ladislaus Decr. L. II. Cap. 17. Lib. III. Cap. I.

*nes S. Regis, hi vero exempti de Castrensibus* vocabantur, parique omnes et libertate gaudebant, et paribus militiae officiis obnoxii erant; sola honoris praerogativa illi ab his distinguebantur. a)

B 2

XIII.

a) Prima Jobagyonum Castrum institutio Hungariae Ducibus adscribi debet. Postquam enim Regno constabito ab armis paulisper cessatum est, gregariis militibus, ita sicut apud Romanos olim usitatum fuisse legimus, in singulis Comitatus agri cum perpetuo onere militandi distributi fuerunt. Id ex Anonymo Belae Regis Notario luculenter apparet. Dicit enim Cap. XV. *ubi fluvius Wág descendit, Uhuptulma filius Rethel Castrum construxit, quod Camarum (Comaromium) nuncupavit, ad servitium cuius Castrum tam de populo secum ducto, quam a Duce (Arpado) acquisito duas partes condonavit. Rursus Cap. XXI. Tunc Zobolsu vir sapientissimus . . . juxta Thisciam (Tibiscum) consilio sociorum suorum, et congregatione facta civium, fossatam magnam et Castrum fortissimum aedificavit de terra, quod nunc Castrum Zobolsu nuncupatur. Tunc Zobolsu et socii sui de incolis terrae ad Castrum illud multos ordinaverunt ser-*  
vi-

Udvorali-  
ci.

XIII. Alteram classem Subditorum efficiebant *Udvornici* (Aulici) sive *Conditionarii*, vel *Conditionales*. Hi agros cum conditione certi ac determinati ministerii Regi aut Reginae, Statuive publico praestandi, sibi perpetua lege imposita possidebant. Horum alii erant *Curriferi*, (vulgo *Szekeresek*) alii *Cursores*, alii *Pistolares*, alii *Venatores*, uti incolae Possessionis *Sz. Gdl*, alii *Coci*, uti incolae possessionum *Szakácsi*, et *Vyd*, alii *Falconarii* (falcatōres) alii *Custodes*

---

*vientes, qui nunc civiles vocantur. Et dimissis ibi militibus sub quodam nobilissimo milite, nomine Eculsu, se longius ire praeparaverunt. Subinde S. Rex Stephanus, ejusque successores numerum Jobagyonum Castri auxerunt, dum inferioris classis Subditos, vel in proemium utilis alicujus servitii praestiti, vel pro parato aere ad aerarium regium eam ob causam numerato, vel alia quapiam de causa, ad hanc aliis eminentiorem, dignioremque classem transtulerunt, cujus rei plura exempla Clat. Kollarius Amoenitatum Tom. II. Sec. V. Cap. 3. ex vetusto templi Varadiensis protocollo, cui Titulus: Ritus explorandae veritatis, in medium adfert.*

*des silvarum, alii Piscatores etc. Omnes hi variis seruitiorum conditionibus Aulae Regiae obnoxii, jurisdictioni Comitis Castri parebant. a)*

XIV. Ad tertiam Subditorum <sup>Beneficiarii.</sup> Castrensi-  
um classem *Servi Regales, et Reginales Beneficiarii*, qui in vetustis legibus *Liberi* plerumque no-

B 3

mi-

\*) Hujus generis Subditos, uti et Jobagyones Castri nonnulli Reges, praesertim Ludovicus I. cum integris villis et possessionibus in numerum Nobilium translulerunt. *Hujus* (nempe Ludovici I.) tempore (verba sunt Thuroczii in Chronica Hungarorum. P. III. Cap. 51.) *multi ex Udornicis et aliis Conditionariis Curiae, ad diversas servitutes adstricti, sunt exempti, et in costum Regni Hungariae Nobilium aggregati.* Atque hinc explicari potest Ludovici I. Deer. Art. 11. quo ad petitionem Nobilium statuit: *ut universi viri nobiles, intra terminos Regni constituti, sub una et eadem libertate gratulentur.* Ex his porro et illud intelligi potest, cur in Regno Hungariae integrae Communitates reperiantur, quae nobilitari praerogativa gaudent; tum unde nomenclatio unius Sessionis Nobilium originem traxerit?

minantur, pertinebant. Hi erant strictè Coloni, qui nempe terras Regias colere, et praeter tributa publica, varia colonis propria servitia rusticana praestare obligabantur. Atque ad hanc Subditorum classem ordinarie redacti fuerunt veteres Pannoniae, aliarumque, e quibus Regnum Hungariae confurrexit, regionum incolae, Hungarorum armis sub jugum missi. Dixi ordinarie; nam teste Verböczio *a)* multi Nobiles (sub quo nomine, non tam Nobiles strictè tales, quam milites Castrenses, sive Jobagyones Castri intelligendi veniunt) qui se se fraude, aut malitia militari servitio subduxere, communem, ac perpetuam in servitutem redacti fuerunt. Ita etiam *Servi*, in exteris Provinciis bello capti, sive captivi, quorum conditio longe difficilior fuit, quam colonorum, saepe obtenta manumissione, coetui Colonorum adscripti fuerunt. Imo vero Christiana Religione toto in Regno firmata, exemplo et monitis pientissimorum Regum, successive innume-

---

*a)* Tripart. P. I. tit. 3.

merabilis illa fervorum multitudo, quae (teste S. Pellegrini epistola, sub Geyza Duce ad Benedictum VII. Pont. Max: exarata) ex omnibus quasi mundi partibus ad Hungariam tracta, mancipiorum instar habebatur, libertati Christianis dignae asserta, et jam instar Colónorum domesticorum, acceptis terris, mitius et clementius tractata fuit.

Cives.

XV. Cum autem Jobagyones Castri militiae unice studiis vacare debuerint, Udvornici vero et Beneficarii partim ministeriis suis, partim agriculturae solum incubuerint, providi Hungariae Duces, et Reges, praesertim Geyza, et divus Rex Stephanus, multos externos mercaturae, aut variis opificiorum generibus adductos, e vicinis Regnis et Provinciis, praesertim e Germania, vel sponte venientes gratissimo animo susceperunt, vel perpetua libertate promissa ad sumendum in Hungaria domicilium invitarunt. His ordinarie pone Castrum, aut certe in vicinia sedes assignata fuit, ideoque talia loca, Hungarico idiomate *Város*, quasi sub arce, aut

circa arcem, latine autem liberae Villae, aut Civitates nominatae sunt. Exteri in Regno Hungariae domicilium adepti, universim *Hospites*; illi vero, qui in Arcibus, vel circa Arces collocati fuere, *Cives*, aut *Civiles* appellari consueverunt. Successu temporis plurima horum locorum populi numero aucta, variis privilegiis ornata, et post devastationem Tatarorum muris etiam cincta fuerunt; vocanturque *Liberae ac Regiae Civitates*, quibusdam autem in Comitatibus *Libera Oppida*. Quod vero homines advenae ut plurimum penes Arces collocati fuerint, id tum ideo factum est, ut sub tutela quasi Castri constituti, ab injuriis indigenarum defenderentur; tum ideo, ut mercatoribus et opificibus in principali totius Provinciae loco constitutis provinciales res suas facile venumdare, et rursus necessaria sibi ibidem cum commoitate procurare valerent. Unde cunctis ejusmodi in locis *Fora*, uti leges dicere solent, id est publicae nundinae quavis hebdomada celebrari solebant.

XVI. Atque hi quidem erant populi ad Castrum Regium pertinentes. Reliqua Comitatum, qui ea aetate etiam *Megae*, ab Hungarica voce *Megye*, aut Parochiae appellabantur, pars inter privatos Barones, Proceres, Nobilesque Ducum, Regumque collatione distributa fuit. Imo Reges etiam, Reginae, Ducesque villas, possessiones, praedia, tanquam bona patrimonialia possidebant, et quoad haec ut Domini terrestres considerabantur. Quarum possessionum originem nos inquirere oportet, ita enim veram de Nobilitate Hungarica ideam nobis formare poterimus.

Bona  
privato-  
rum.

XVII. Antequam Hungari e Scythia movissent, septem ejus gentis Principes mutuo consensu, sacramenti vinculo firmato, Almam sibi Ducem, ac supremum Principem elegerunt. Articuli concordiae perpetuo duraturae hi erant. „ 1. Quamdiu tam „ ipsis quam etiam posteris eorum vita duraret, semper Ducem haberent „ de progenie Almi Ducis. 2. Quid „ quid boni laboribus suis acquirere „ possent, nemo ipsorum expers fieret.

Principem  
Hungari  
eligunt.



„ret. 3. Ipsae hae principales Personae,  
 „ quae sua libera voluntate Almu  
 „ sibi, Dominum elegissent, earum  
 „ que filii, nunquam a consilio Du-  
 „ cis et honore Regni privarentur.  
 „ 4. Si quis de posteris eorum infide-  
 „ lis fieret contra Personam Ducalem,  
 „ et discordiam faceret, inter Ducem  
 „ et cognatos suos, sanguis nocentis fun-  
 „ deretur., Septem autem Duces Cuma-  
 „ norum in Russia rubra cum Hunga-  
 „ ris se conjungentes, et in unam, uti  
 „ dictum est, nationem coalescentes,  
 „ *pedibus Ducis Almi advoluti se, sua,*  
 „ *sponte eidem Duci subjugaverunt,*  
 „ *dicentes: ex hodierna die nobis te*  
 „ *Dominum ac Praeceptorem usque ad*  
 „ *ultimam generationem eligimus, et quo*  
 „ *te fortuna tua duxerit, illuc te se-*  
 „ *quemur. a)*

Barones,  
 Proceres,  
 Nobiles.

XVIII. Princeps ergo Hungarorum  
 fuit Almus, suprema potestate, com-  
 muni reliquorum Ducum, seu Capita-  
 neorum consensu, electus. Huic pro-

xi-

a) Anonymus Belae Regis Notarius.  
 Cap. X.

ximos fuisse reliquos sex Duces, quorum consilio Almus juxta fundamentalem conventionem rempublicam administrare debebat, manifestum est. Hi itaque primi quasi Regni *Barones* censendi sunt. Hos sequebantur cognati tam Ducis Almi, a) quam et dictorum sex Capitaneorum, prout et septem Duces Cumanorum, tum superiores Foederatorum, ac militarium Ordinum Praefecti. Hi sunt illi, quos Anonymus Belae Regis Notarius toties jam Primores, jam Nobiles jam principales Personas compellat. b)

## XIX.

a) *Anno Dominicae Incarnationis 884. septem principales personae, qui Hetumoger (hét Magyar) id est, septem Hungari vocantur, egressi sunt de Terra Scythica. Inter quos Almus Dux, filius Ugek de genere Magok Regis bonae memoriae, Dominus et Consiliarius eorum, una cum uxore sua, et filio suo Arpád, et duobus filiis Hulec avunculi sui, scilicet Zuard et Cadusae, nec non cum multitudine magna populorum non numerata foederatorum de eadem regione egressus est. Anonym. Cap. VII.*

b) *Dux vero Almus, et sui Primates inito inter se consilio . . . pacem cum Ruthenis fecerunt.*

Nobiles  
possefsi-  
onati.

XIX.- Regno Pannoniae et circumjacentibus nationibus superatis, Dux Arpadus, patri suo Almo in itinere demortuo succedens, praeprimis pro se et familia sua ingentes terrarum tractus cum habitatoribus earum retinuit. a) Tum reliquis sex Ducibus Hungarorum, et septem Ca-  
pita-

---

*fecerunt. Anonym. Cap. X. Arpád et sui Nobiles egressi de castro Hung, ultra montem Turczol castra metati sunt. Cap. XVII. Dux Arpád accepto suorum Nobilium consilio Legatum misit in Castrum Bihor. Cap. XIX. Militibus in expeditionem euntibus Principes et Ductores constituit duos filios avunculi sui Hulec, Zuardum et Cadusam, nec non Hubam, unum de principalibus Personis. Cap. XXXIII. Dux utro Arpád et sui Nobiles permanserunt in insula Sepel (Csepel, modo Raczkeve) cum famulis et famulabus suis, pacifice et potenter, dimissis ibi uxoribus suis communi consilia ab insula exeuntes. . . . Cap. XLIV.*

- \*) Juvat hoc loco cl. Scriptoris Palma verba adferre: *Ante omnia, inquit ille, summi Principis necessitati et dignitati prospecturus, Ducali suae domui paulo plus, quam dimidiam, eandemque superiores Transdambianae Hungariae partem addi-*  
xit,

pitaneis Cumanorum, eorumque filiis  
et cognatis a) porro aliis Nobilibus  
Hun-

xit, adjecit huic insulam Tsepeliam, equis  
et armentis Ducalibus alendis, propagandis-  
que deservituram. Notit. rer. Hung. §. 9.  
Si quis conjecturae gravibus rationum no-  
mentis subnixae locus est, videtur Patri-  
monium domus Arpadianae e Strigoni-  
si, Pilisiensi, Pestineni, Albensi, Vespri-  
miensi, Comaramiensi, Tonensi, Baranyensi, Mosoni-  
si et Saurinensi Prbuinciis fuisse conflatum.  
Illud certam exploratumque est, Duces no-  
stros, ac postea Reges, Strigontis, Albae  
Regiae, ac Vetero-Budae peculiare habu-  
isse domicilium, in quarum vicinia per ampla  
esse oportuit Bona, unde culinae Regiae  
necessitatibus prospiceretur. Idem in In-  
troductione in Nov. Hung. Historiam §. 14.

- a) Hic quoque verbis clar. Palma lubenter  
utimur: In dividenda reliqua Hungaria  
id fere ab Arpado observatum fuisse, col-  
ligitur ex Anonymo Belae Regis Notario,  
ut in ea quisque parte bona obtineret,  
in qua subjungenda defudaverat. Non erit  
taediosum lectoribus uno intueri obtutu,  
quas circiter plagas primi Capitanei tam  
Magyari, quam Cumani ex Arpadi muni-  
ficentia fuerint consecuti. Eleud Pater Sza-  
bolts, unde Csakiana domus ortum du-  
cit, Szaboltsensem provinciam. Anonym.  
Cap. XXI. Kund terram Nyir ultra Tibi-  
scum,

Hungaris, imo ipsorum quoque indigenarum Slavorum, qui se Hungaris sponte subjecerunt, Primoribus, a) gregariis etiam militibus, qui se bel-

---

*cum*, Chronic. M. Thurocz. C. VI. *Onđ pater Ethe Tsongradinum*. Anonym. C. XL. *Thofu pater Lehelis Bodrogiensem provinciam ad alveum usque Vájás dicturę, qui ad Foktę prope Kolotzam e Danubio erumpens prope Sükösdinum in eundem revolvitur*. Id. C. XLI. *Huba ditionem Zittuę flumini circumjacentem*. Id. C. XXXVII. *Tuhutum pater Horcae, avus autem Gyulę, et Zombor Transilvanas partes*. Id. C. XXIV. et XXVII. *Et regionem circum Szerents sitam*. Id. C. XVII. et XXVII. *Edumer Sajowę, et Tibisco interceptam*. Id. et C. XXXII. *Etu Castrum Szeętsü cum Baranyensi terra*. Id. C. XXXVII. et XLVII. *Borfo filius Bungeri, Borsodiensem*. Id. C. XVIII. et XXXI. *Ofád pater Ursuúr circa Cassoviam*. Id. C. XXXII. *Boyta Tolnensem regionem*. Id. C. XLVII. *ac denique Retel, pater Oluptulmę primo plagas Bodrogo, et Oltsva fluminibus; tum vero alias Vago, ubi Danubio miscetur, adsitas in fidei, virtutisque praemium acquisivere*. Id. C. XV. notit. rer. Hung. P. I. §. 9.

a) *Dux vero Arpád et sui milites adepta victoria hinc egressi venerunt usque ad sta-*

bellica fortitudine singulariter distinxerunt a) nec minus exteris multis ad Hungaros, audita eorum erga omnes benignitate confluentibus, b) in di-

*stagnum, quod dicitur Cortuelton, et manserunt ibi juxta silvam Gemelsen 34 diebus, et in illo loco Dux et sui Nobiles ordinaverunt omnes consuetudinarias leges regni . . . Ibi etiam condonavit Dux suis Nobilibus secum venientibus diversa loca, cum omnibus habitatoribus suis. Anonym. C. XL. Dux Arpad consilio et petitione suorum Nobilium donavit accepto juramento terras in diversis locis infidelibus de partibus Nitriae ductis (Slavis) ut ne aliquando infideliores facti repatriando nocerent sibi fidelibus Id. C. XXXVII.*

a) *Usque ad Thysciam pervenerunt . . . ubi etiam per gratiam Arpad Ducis cuidam Cumano militi nomine Hahot magnam terram acquisiverunt, quem posteritas ejus usque nunc habuerunt. Anonym. C. XXVIII.*

b) *Dux Arpad et omnes sui Primates cum omnibus militibus Hungariae intraverunt in civitatem Attilae Regis (Budam nempe, quae ea vetate ab Attila Rege Etzilburgum nominabatur) et epulabantur cottidie cum gaudio magno in Palatio Attilae Regis, fercula, pocula, portabantur Duci, Nobilibus in vasis aureis, servientibus et rusti-*

diversis Regni partibus villas, possessiones, praedia, terras cum habitatoribus earum jure hereditario donavit.

Error  
Verbö-  
ciii.

XX. En Nobiles possessionatos Regni Hungariae, eorumque primam originem. Unde apparet, quantum errent illi, qui cum Verböczio existimant, omnes promiscue Hungaros, qui ex Schythia prodiverunt, Nobiles fuisse, et tantum per id multos ad plebejam conditionem redactos esse, quod bello per Edictum publicum promulgato, militiae se subduxerint. Certum enim est, et ex iis, quae jam dicta sunt, manifeste apparet, jam tum, cum Hungari ad has partes immigrarunt, diversas hominum classes inter eos fuisse; alii quippe Duces, et Primores, alii

---

*cis in vasis argenteis . . . Et hospitibus secum commorantibus Dux Arpád terras et possessiones magnas dabat, et hoc audito multi hospitem confluebant ad eum, et ovantes commorabantur cum eo. Anonym. C. XLVI.*

alii Nobiles, alii gregarii milites, alii famuli, Calones, et ultimae fortis homines fuerunt. a) Unde Duc-

ci-

a) Sed magis adhuc hallucinatur Verböczius, cum citato titulo dicit: *Postquam . . . Hungari S. Regem Stephanum sponte in Regem elegero, omnis Nobilitationis et ex consequenti possessionariae collationis, qua Nobiles decorantur, facultas plenaque potestas in jurisdictionem S. Coronae, et per consequens in Principem et Regem nostrum a communitate et communitatis auctoritate simul cum Imperio et Regimine translata est, a quo jam omnis Nobilitatis origo --- dependet.* Primum enim non subsistit, S. Stephanum libera electione Regem Hungariae electum esse; nam ex pactis fundamentalibus ei, tanquam ex Almo Duce in recta linea descendenti, Regnum jure hereditario obtigit, et obtingere debuit. Deinde verum non est, S. Stephanoper id, quod a Sylvestro II. Pontifice Rom. coronam, et cum hac Regium Titulum acceperit, plus juris, quam antehac habuerit, vel in minima parte accessisse. Nam et S. Stephanum, et ejus Majores, licet tantum Ducum Titulo compellati fuerint, vere Reges, Hungariam vero Regnum fuisse Cl. Kerchelichius in *Notit. praelim. Period. III. §. 3.* ad oculos demonstrat,

C et



cibus, Primoribus, Nobilibus, et militibus bellica virtute claris, villae et possessiones, amplaque latifundia collata, gregarii contra milites ex Castrensibus terris dotati, Castrorum militari servitio perpetua lege addicti: denique ex promiscua plebe variis Castri, Ducumque et Regum ministeriis subjecti, et Conditionarii effecti, vel in servitiis suorum Dominorum relictis sunt.

Numerus  
Nobilium  
augerur.

XXI. Sed sub Geyza Duce, S. Rege Stephano, ejusque successoribus, Nobilium numerus vehementer adauctus fuit. Multi de vulgo propter eximia sua sago et toga praestita servitia, multi milites propterea, quod vel filios, vel fratres fortiter dimicantes in praelio amiserint, terras et possessiones ex Praescripto legum acceperunt.

---

et citra etiam auctoritates ab eo allatas, id Historiam Hungariae legenti suapte clarum est. Denique originem omnis in Hungaria Nobilitatis S. Regi Stephano tribuendam esse, aequae gravis, ipsique Nobilitati summe praepudiciosus Verböczii error est, prout supra evidenter comprobatum est.

runt, Plurimi Jobagyones Castro-  
rum, propter singulare aliquod in  
bello editum facinus, a servitute Ca-  
stri in perpetuum exempti, et Coetui-  
verorum Hungariae Nobilium adscri-  
pti sunt a). Udvornicos quampluri-  
mos, imo integras Communitates,  
Regiis ministeriis addictas, piissimi  
Reges, sed praesertim Ludovicus I.,  
uti jam supra ostensum est, una cum  
suis sensionibus, in numerum Regni  
Nobilium cooptarunt. Denique non  
pauci etiam extranei, in Hungaria do-  
milium figentes, qui Reipublicae  
Hungaricae utilia servitia praestite-  
rant, amplis saepenumero Dynastiis,

C 2

pos-

---

a) Clar. Kollarius *Amoenitatum Vol. II.*  
*Sec. V. C. 4.* complura eorum, qui e  
Jobagyonum Castri numero exempti, et  
in Coetum Nobilium translati fuerunt,  
exempla adfert. Ipsi Nobiles Turopo-  
lyienses, prout eorum Privilegia te-  
stantur, e Servitio Castri Zagrabiensis  
emancipati, taliter libertatem equestris  
ordinis consequuti sunt. Imo Praediales  
etiam Episcoporum, et illustrium qua-  
rundam familiarum permulti Regum mu-  
nificentia ad hunc se honoris gradum  
eluctatos hodieum gratulantur.

possessionibus, villis et latifundiis donati, atque ita Nobiles Regni effecti sunt.

a). Sed et sine collatione terrarum plu-

a) Jam sub Duce Arpádo multos externos villis, possessionibus et praediis donatos, atque ita Nobilium consortio aggregatos fuisse, ex iis, quae supra dicta sunt, luculenter evincitur. Sed longe major Extraneorum, e primis etiam familiis oriundorum affluxus sub Duce Geyza, et sub S. Rege Stephano fuit: sic testante Turoczio L. II. Chronico Hungarorum: *Ex Apulia venit Deodatus e Comitibus S. Severini, qui (obtenta per ampla Dynastia Tatensi) fundator existit monasterii de Tata C. X. Ex Alemania Volphgerus et Hedricus Comites de Houmbourg cum CCC. dextrariis phaleratis, quorum primo Dux Geyza montem Kiscen et insulam Danubii circa Jaurinum pro descensu aeterno contulit. C. XI. E Bavaria Venczellinus de Vazunburg, qui Dux exercitus S. Regis Stephani contra rebellem Ducem Cupa fuit. C. XII. E Regno Theotonicorum Hunt et Paznan, qui S. Regem Stephanum gladio Theotonico more accinxerunt, invicem ipsi heroes, quos tam Geyza, quam filius suus latis et amplis haereditatibus, pro ipsorum servitiis ditavere. C. XIII. Ita tempore Salamonis e Germania Conradus de Alen-*  
*burg,*

plurimi oives et milites de Republica bene meriti, sola armorum concessione; et Regio diplomate expedito (unde Armalistae vocantur) sub posterioribus Regibus Nobilium consortio inserti sunt. Omnes hae diversorum Nobilium classes una eademque libertate gaudent; nec uni, cujuscunque dignitatis, aut opulentiae Personae equestri plus juris, quam alteri

C 3

No-

---

*burg, Poth dictus, tempore Belae Regis, e Francia Comes Kiquini e consanguinitate Comitum Guilermi, ex Hispania nobilis vir Rinoldi, C. XV. Tempore Colomani ex Apulia Oliverius et Ratoldus de Caserta, ex Campania Comites de Sambuk, C. XVII. E Suevia Guthkeled, e Bavaria Nobiles Nürnberg, Keled ex provincia Misniensi, Mortundorf ex Hispania, C. XVI. XVIII. XX. XXI. Denique C. XXII. ait: Intraverunt tam tempore Regis Geuchae, et S. Regis Stephani, quam diebus aliorum Regum, Bohemi, Poloni, Graeci, Hispani, Hismaelitae, seu Sarraceni, Bessi, Armeni, Saxones, Thuringi, Misnenses et Rhenenses, Cumani et Latini, qui diutius in Regno commorantes, per matrimoniorum diversos contractus Hungaris immixti Nobilitatem pariter et descensum (Bona) sunt adepti.*

Nobili, quantumvis pauperrimo vi-  
legum patriarum competit, compete-  
reve potest a).

Coetus  
Nobili-  
um prae-  
cellentia

XXII. Nobiles hi antiquis tem-  
poribus *Regis Servientes*, aut *Exerci-  
tuantes*, quia sub Regiae Majestatis  
vexillo fervire, militare, ac exercitu-  
are tenebantur, alias *Equites Aulici*,  
et *Familiares Regis*, quia partem qua-  
si domus Regiae efficiebant, appella-  
bantur. “ Hic est nobilissimus ille  
(ut

- \*) Primis Hungariae temporibus Magna-  
tum titularium nomen ignotum fuit.  
Barones enim tantum illi vocabantur,  
qui primas in Regno dignitates sustine-  
bant, uti Palatinus, Judex Curiae Re-  
giae, Banus, Magistri Tavernicorum,  
Janitorum, Pincernarum, Dapiferorum,  
et Agazonum; Comites item Temesien-  
sis, ac subinde Posoniensis. Ad hos  
proxime accedebant Comites Castri,  
seu supremi Comites, tum liberi  
sive perpetui Comites. Ceterum  
autem, si Decreta primorum Re-  
gum expendamus, videbimus omnes  
Nobiles possessionatos, tum omnes  
aulica officia paulo illustriora gerentes,  
ea aetate Comitum nomine compellatos  
fuisse.

(ut Clar. Kollarii verbis utar) Regni nostri Servientium Regis Ordo, ob cuius virtutem olim Hungari, cum scilicet status adhuc Regni vetus maneret integer, amicis admirationi, hostibus terrori fuerunt. Hoc illud *Regium Banderium* est, sive Regia Domus Regis Hungariae, quam bello suscepto primam Regi adesse, et recedere ultimam oportebat. Hic denique fuit ille insignis Ordo equestris, qui nomine Servientium Regis appellatur, primum a Divo Stephano, dein ab Andrea II. variis libertatibus munitus, atque exornatus. a) Probe hoc agnovit D. Rex Stephanus, et ideo mirum non est, si ordinem Servientium suorum Regni *Propugnatores, Defensores imbecillium, Expugnatores adversariorum, augmentatores Monarchiarum* compellavit. b) Horum namque virtute omni aevo testata Regnum saepe ab interitu vindicatum, Regibus Corona conservata fuit. Nulla eos peri-

C 4

cu-

- 
- a) Kollarius Amoenitat. P. II. Sect. V. C. 4.  
 b) Decr. Lib. I. C. 4.

cula, nulla adverſa dejecerunt, et ſi vis hoſtium major aliquando virtute eorum fuit, dulce iis fuit, pro Rege et Patria mori. Ut adeo ſaepe numero totus fere equeſtris Ordo, ſicut Romani ad Cannas conciſus, et prope modum exſtinctus fuerit. Teſtatur id affatim irruptio Tatarorum, teſtatur Varna et Mohachium. Quod ſi aliquando Nobilitas aliter egit, legantur annales, ſemper fere comperietur, Reges a ſapientiſſimis Divi Stephani monitis S. Emerico, et per hunc omnibus Succeſſoribus datis, reſiſſe. a)

## XXIII.

---

a) *Illi tibi, fili mi! ſint Patres et Fratres. Ex his neminem in ſervitutem redigas, vel ſervum nomines. Illi tibi militent, non ſerviant. Eorum omnibus ſine ira et ſuperbia atque invidia, pacifice, humiliter, manſuete dominare. Si eris pacificus, tum diceris Rex et Regis filius, atque amabereis a cunctis militibus: ſi iracundus, ſuperbus, invidus, impacificus, ac ſuper Comites et Principes cervicem erexeris; ſine dubio fortitudo militum, hebetudo erit Regalium dignitatum, et alienis tradent Regnum tuum. Hoc timens, cum regula*  
vir-

XXIII. Ceterum cura omnis et directio Comitatum Comiti Castri concredita fuit. Illi enim Jobagyonibus Castrorum, illi Udvornicis, illi Colonis tam Arcensibus, quam cunctorum Nobilium, illi civibus superiore cum potestate, ita tamen legibus restricta, praefuerunt, ut nulum, licet infimae fortis provincialem incolam, vel injustis exactio- nibus vexare, vel juribus suis pri- vare, vel injuria afficere iis impune licuerit.

XXIV. Sed tamen quisque Comitum Castri suos etiam sub se ha- buit Praefectos, quorum consilio et opera in militaribus non minus, ac politicis et juridicis negotiis utebatur. Praecipui eorum fuerunt: *Comes Curialis, Bilotus Regius, Castellanus, Pristaldus Judicis, Praecones, Capitaneus, tum Centuriones et Decu- ri-*

---

*virtutum dirige vitam Comitum, ut tua dilectione angulati semper Regali dignitati adhaereant inoffensi, ut tuum Regnum per omnia sit pacificum. S. Stephanus Decr. I. C. 4.*



*riones.* *Curialis Comes* leviores populi Castri causas cognoscebat, lataque sententia finiebat. *Biloti Regii* fuit publicae securitati prospicere, publicas vias a latronibus, Provinciam a furibus tutam, securamque reddere. *Castellano*, qui etiam *Várnagy* et *Castri Major*, vel *Praefectus* dicebatur, cura Arcis custodiendae incumberebat. Quam ob causam in Provinciales Arci servitute obnoxios jurisdictionem exercuit. *Pristaldus*, vulgo *Commisarius* partibus litigantibus adjungebatur, vel etiam sine his ad locum finiendae causae missus, bona fide id dabat operam, ut sententia Judicis integre, legitimeque finiretur. *Praeconum* opera Comes Castri in Mandatis Regiis, et suis etiam per Provinciam Castri sui publicandis, atque in vectigalibus Regiis exigendis utebatur; horum primus *Archipraeconi* nomine gaudebat. *Capitaneus* (primus post Comitem Castri *militaris Praefectus*) qui alias *Hadnagy*, *Princeps exercitus*, *Dux exercitus*, et *Major exercitus* dicebatur, Regio Castri militi in *Centurias* divisio praecerat, cui subiecti erant

erant *Centuriones*, centum militibus praefecti, et *Decuriones*, decem militibus praepositi. At *Nobiles* ab omni conditione Castri, et jurisdictione exempti, peculiarem judicem habuerunt, qui *Szolga-Biró* hungarice, latine vero *Judex Nobilium* vocabatur, a cujus sententia lis omnis ad *Curiam Regiam* appellabatur. a)

XXV. Talis erat antiquus Comitatum status, quem si quis absque partium studio, et citra praejudicium paulo attentius consideraverit, fateri fane debet, Republica ita constituta, felicissimam ea aetate fuisse Hungariam. Nos, quia hoc opere nec politica, nec oeconomicam, aut judicialia pertractanda sumus, tantum quoad militaria paucas aliquas considerationes subjungemus.

Hoc institutum Comitatum uti-  
le.

## XXVI.

---

e) Omnia haec Munia Cl. Kollarius Vol. II. Amoenitatum, pulcherrime describit, ac fide dignis exemplis, tum ex Protocollo Varadiensi, cujus mentionem fecimus, tum aliis etiam e fontibus desumptis mirifice illustrat.

Serui-  
raci pu-  
blicae  
prospe-  
ctura.

XXVI. Primum jam id certum est, Regnum Hungariae tot munitissimis Arcibus non in confiniis modo, sed in ipso etiam meditullio institutis, magna cura et sollicitudine conservatis, fortissimoque nationali milite, stiva, et campestribus laboribus indurato, atque a tenera aetate armis exercitato, contra omnem vim exteram optime defensum fuisse, aut si hostis tamen irrupisset, novis in quolibet Comitatu obstaculis inventis, ei sane magnos progressus facere quodammo- do impossibile fuisse.

Militia  
Hunga-  
rica.

XXVII. Quodsi bellum oriri contigit, quot, quantaque copiae illico sub signa convolarunt? quantus exercitus intra exiguum tempus conflatus? quanta vis hosti venienti opposita, aut in hostem educta?

1mo. Aduit Miles *Stipendiarius*, quem quilibet fere Regum ex amplis Coronae proventibus sustentare solebat. a)

2do.

---

v) Stipendiarium militem partim e captivis, introducta Christiana Religione libertati af-

2do. Ex omnibus Comitibus  
 miles *Castrensis*, quantum absque  
 de.

---

affertis, partim e Provinciis exteris legi consuetum fuisse, Cl. Palma in *Introduc. in Nov. Hung. Hist.* §. 17. ostendit. Ne tamen Regium aerarium justo amplius premeretur, Archiepiscopi, Episcopi, Praepositi, Abbates, Nobilesque possessi-  
 nati pro ratione facultatum suarum, certum militum numerum suis expensis statuere, et Regiae militiae adungere obligabantur. Id e Decreto Colomani Regis manifeste evincitur, ubi ait: *Comites (Nobiles possessionati) si proprios in villis suis liberos (Subditos) habuerint, de quibus equos accipere, et 100 penfas (juxta calculum Cl. Palma 8 penfae unam marcã argenti; una autem marca argenti 50 grosos latos, seu maria- nos efficiebat) possint colligere, Lorica- tum unum Regi de sumtu illo procurent, si vero 40 penfas, militem absque lorica educant.* Colom. Dec. L. I. C. 40. Militia haec, quam Domini terrestres statuere debebant, eorundem stipendiaria fuit, et vocabatur. Sic Rogerius in miserabili carmine Cap: XV. ait: *Rex (Bela IV.) Archiepiscopis, Episcopis, et aliis regni Majoribus convocatis delibera- bat assiduo .... monens et hortans eos sae- pius, quod quilibet haberet suos stipendi- arios milites praeparatos.*

Securi-  
rati pu-  
blicae  
prospe-  
ctum.

XXVI. Primum jam id certum est, Regnum Hungariae tot munitissimis Arcibus non in confiniis modo, sed in ipso etiam meditullio institutis, magna cura et sollicitudine conservatis, fortissimoque nationali milite, stiva, et campestribus laboribus indurato, atque a tenera aetate armis exercitato, contra omnem vim exteram optime defensum fuisse, aut si hostis tamen irrupisset, novis in quolibet Comitatu obstaculis inventis, ei sane magnos progressus facere quodammo- do impossibile fuisse.

Militia  
Hunga-  
rica.

XXVII. Quodsi bellum oriri contigit, quot, quantaque copiae illico sub signa convolarunt? quantus exercitus intra exiguum tempus conflatus? quanta vis hosti venienti opposita, aut in hostem educta?

1mo. Aduit Miles *Stipendiarius*, quem quilibet fere Regum ex amplis Coronae proventibus sustentare solebat. a)

2do.

---

v) Stipendiarium militem partim e captivis, introducta Christiana Religione libertati af-

2do. Ex omnibus Comitatus  
miles *Castrensis*, quantum absque  
de.

---

affertis, partim e Provinciis exteris legi consuetum fuisse, Cl. Palma in *Introduc. in Nov. Hung. Hist.* §. 17. ostendit. Ne tamen Regium aerarium justo amplius premeretur, Archiepiscopi, Episcopi, Praepositi, Abbates, Nobilesque possessi-  
nati pro ratione facultatum suarum, certum militum numerum suis expensis statuere, et Regiae militiae adungere obligabantur. Id e Decreto Colomani Regis manifeste evincitur, ubi ait: *Comites* (Nobiles possessionati) *si proprios in villis suis liberos* (Subditos) *habuerint, de quibus equos accipere, et 100 penfas* (juxta calculum Cl. Palma 8 penfae unam marcam argenti; una autem marca argenti 50 grosos latos, seu maria-  
nos efficiebat) *possint colligere, Lorica- tum unum Regi de sumtu illo procurent, si vero 40 penfas, militem absque lorica educant.* Colom. Dec. L. I. C. 40. Militia haec, quam Domini terrestres statuere debebant, eorundem stipendiaria fuit, et vocabatur. Sic Rogerius in miserabili carmine Cap. XV. ait: *Rex* (Bela IV.) *Archiepiscopis, Episcopis, et aliis regni Majoribus convocatis delibera- bat assiduo . . . monens et hortans eos sae- pius, quod quilibet haberet suos stipendi- arios milites praeparatos.*

detrimento, aut periculo Arcis, Reique publicae fieri potuit, in arenam deductus. Cum juxta alio loco dicta in Hungaria sexaginta universim Comitatus fuerint, si e singulis vel bis mille tantum milites prodivisse supponamus, (qui certe numerus ingentem Hungarorum, Cumanorum, Ruthenorum, Sicularum, Bissenorum, et in parte Slavorum etiam, unice fere armis fervientium copiam consideranti exaggeratus mimine videri debet) en exercitum CXX. millium fortissimorum militum.

3tio. Quantus *Nobilium* numerus fuerit, calculus iniri quidem haud potest: asumere tamen licet, Ducum, primorumque Regum aetate Nobiles possessionatos, qui in hostem sub vexillo Regio prodire poterant, levissimo calculo XXX. mille fuisse. Quo accedit, quod Primores Hungariae, tum Archiepiscopi, Episcopi, et Conventus Monachorum amplissimis possessionibus, villis, ac praediis dotati, ad normam Castrensiurn Bona sua regularerint. Habebant namque illi et suos

suos Nobiles, seu *Praediales*, tantum militari oneri subjectos, et Jobagyonnes, aequae militiae obligatione adstrictos, subinde *Banderiales*, aut *Libertinos* dictos, et *Udvornicos*, et *Beneficiarios*, et *Hospites*, et *Servos*. Hinc, quoties iis in arenam descendendum fuit, semper propriam etiam militiam secum habere consueverunt. Praeterea Lege Divi Stephani Regis quisque etiam minoris ordinis Nobilis Paterfamilias unum constanter in domo, etiam pacis tempore, militem servientem, seu armigerum orto bello secum assumendum, alere, sustentareque debebat. a) En iterum novum exercitum!

4to.

- 
- a) *Volumus, ut unusquisque Senior, seu Dominus suum habeat militem, id est servientem, nec aliquis alter illi suadeat, antiquum deserere Seniore, et ad se venire.* S. Steph. Decr. L. II. C. 21. De domesticis his militibus eodem in Decreto frequens occurrit mentio. Ceterum de Praedialibus, et Banderialibus militibus in II. hujus Operis Parte uberius tractabitur.



4to. Ex omnibus confiniis pars militiae Castrensis (quoad citra damnum securitatis publicae fieri potuit) aequè educi solebat.

5to. Nec parum exercitus Hungaricus auctus fuit copiis, quas S. Coronae Hungaricae clientes, Russiae, Moldaviae, Valachiae, Serviae et Bosniae Principes, quoties Reges Hungariae imperabant, ex pacto praestare debuerunt.

Alia ordinaria,  
alia extraordinaria.

XXVIII. Nemo tamen existimet, omnem hanc militiam, quam descripsimus, bello exorto, contra hostem prodivisse. Militia enim alia fuit *ordinaria*, alia *extraordinaria*. Ad *ordinariam* pertinebant stipendiarii Regii, et Jobagyones Castri, quibus confiniarii et auxiliares, dum Regi placuit, accedebant. *Extraordinariam* Nobilitas Regni constituebat, quae, quamdiu ordinaria ad domandum hostem suffecit, neque insurgere, neque praesertim sub Regibus extra Regni limites, nisi [persequendi hostis causa egredi

folebat. a) Sed nec ordinaria tota militia; quoties bellum aliquod indici, aut

---

a) Primis Hungariae incunabulis, dum nempe Regnum virtute bellica acquirere, et consolidare oportebat, dumque ferocem Scythicae nationis indolem mansuetudo Legis Christianae necdum emolli- vit; dubium non est, quin Nobiles ita, prout reliqui milites non modo intra fines Regni; sed in remotissimis etiam Provinciis militare debuerint. Sed tractu temporis, posteaquam scilicet Regnum Hungariae constabilitum, firmatumque fuisset, illustrem hunc Nobilium Coetum, custodem Regni, et columnam Domus Regiae jam tot periculis exponere piaculum fore videbatur. Unde pretiosum ejus sanguinem non nisi pro ultima Regni necessitate reservare placuit. *Art. VII. Andreae II. Regis Decret;* sive Bulla aurea id quidem clare innuit. Errant profecto, qui sensum hujus legis non satis perspicientes, id inferre conati sunt; quasi Nobiles intra Regnum propriis stipendiis; extra Regnum autem Regiis militare tenerentur. Horum enim opinionem minus aequam abunde confutant tum posteriores Leges, tum praesertim posterius  
ejus-

aut moveri contigit, adhiberi consuevit. Semper enim vires hostium, cum quibus agendum esset, examinare mos erat, ac proinde tantae mi-

---

eiusdem Andreae II. Decretum, anno 1231. editum, quo dicta Bulla aurea explanatur: cujus Cap. VII. ita sonat. *Nobis facientibus exercitum extra Regnum, Nobiles nobiscum ire non teneantur, nisi Comites Parochiani, Stipendiarii, et Sobagyones Castri, et qui ex officio debito tenentur, quibus amplas concessimus possessiones. Si vero exercitus super Regnum venerit, universi et singuli ad defensionem Patriae contra inimicos se opponere teneantur: regresso autem superveniente hostium exercitu, pro vindicta ipsos tenentur persequi.* Ibidem. Decretum hoc, quod sive oscitantia, sive ignorantia eorum, quibus colligendorum Decretorum cura olim commissa est, e Corpore Juris Hungarici emansit, e Tabulario Romano illustris auctor Rainaldus excerptum annalibus suis ad annum 1232. Num. 13. inferuit, ex hoc vero Clarissimus rerum Hungaricarum Scriptor Praejus, qui Historiae Hungaricae maximum sane lumen affudit, in annales Regum Hungariae Part. I. C. 4. pag. 233. editionis Vindobonensis illud fideliter transcripsit.

militiae adversus hostem proficisci imperatum fuit, quanta eidem reprimendo, aut vincendo suffectura existimabatur. Unde bellis sub primis Regibus concitatis ordinarie 70 aut 80, raro 100 millia, uti ex Annalibus nostris videre est, educebantur. Aliquando autem nimia virtutis Hungaricae praesidentia cum paucis solum legionibus in hostem longe fortiores itum est; unde istiusmodi temeritate haud modicum vulnus quandoque Reipublicae illatum est, uti Duci Colomano accidit, qui vivente adhuc Patre suo S. Ladislao Rege, in Antistitum, illustriumque virorum comitatu, cum 8 solum armatorum millibus contra Volodorum Premisliensem Ducem missus, caesa maiore exercitus parte, castrisque direptis, cum paucis suorum evasit. a)

XXIX. Praeter haec commoda, Facilitas  
militem  
sustentandi quae adduximus, fuit sane et illud non vulgare, quod sustentatio tantae

D 2

mi-

a) Dlugosus. Histor. Pol. L. IV. ad A. 1094  
Chronicon. M. Thuroczii C. XL.

militiae (demtis Stipendiariis Regiis) nec pacis, nec belli, donec hoc intra fines Regni gerebatur, tempore Aerarib Regio ulli oneri cesserit. Milles enim Castrensis prouti et limitaneus, propriis latifundiis provifus, propria industria victum sibi parabat. Bello coorto, quamdiu illud intra fines Regni constitit, aequae domo necessariis vitae subsidiis providebatur. Ordo pariter equestris, et ipse proprio aere militabat, et Praediales suos, prout et Subditos pro ratione facultatum suarum in aciem eductos, e propria crumena intra ambitum Regni alebat. Sed et Comites Castri, Castellani, Capitanei, Centuriones partim propria bona et latifundia possidentes, partim e censibus et tributis publicis partem aliquam, uti dictum est, emensam habentes, ab Aerario Regio nihil, aut parum sane percipiebant.

Commo-  
ditas.

XXX. Neque illud veteris Comitatum instituti insigne profecto emolumentum reticendum est, quod in quolibet Comitatu annonaria depositoria Regia, cellae vinariae, ar-  
menta

menta Regia, equi *exercitiales* in promptu fuerint; ut adeo quocunque exercitum moveri contigit, militiae necessitatibus, citra incommodum Reipublicae, aut profusionem thesaurorum, uti nunc fit, abunde prospectum fuerit. Sed Reges quoque, qui frequenter Comitatus peragraré, atque quomodo Leges observentur, qualiter justitia administretur, qua ratione res militaris et oeconomica curetur, propriis oculis inspicere solebant, quovis in Comitatu et paratum in Castro Regio Regiae dignitati conveniens hospitium, et cuncta ad culinam Regiam necessaria, et equos, quorum ope itinerari possent, reperiebant, ut adeo nulli privatorum oneri esse debuerint. Quidquod singula Castra suis Curriferis, Cursoribus, Pistoribus, omnisque generis Opificibus provisa, bellicis necessitatibus nullo negotio, et citra graviores expensas promptum facilemque subveniendi modum habuerint.

XXXI. At nec Stipendiarii militis alendi cura Regibus gravis ea aetate fuit. Tanti enim proventus in aerarium

Proventus  
aerarii  
Regii

Re-

Regium singulis annis provida sane institutione influebant, ut non modo Aulae Regiae cum decore, imo insolito quodam cum splendore sustentandae, Ministris Regiis, cunctisque per Regnum Officialibus pro usu ejus temporis nobiliter alendis, militiae Stipendiariae, Turmaeque Praetorianae stipendiis providendae affatim suffecerint; verum etiam magna eorum pars pro Regia munificentia erga egenos exercenda, Regnoque exornando quotannis redundaverit. Praecipuos horum redituum fontes Clar. Palma. a) recenset; quem sequuti, ne quid ad plenam antiquae Hungariae notitiam desit, eo illo ipso, quem is observat, ordine hic subjicimus.

imo *Patrimonium* Regiae Domus Arpadianae, quod quam amplum fuerit, satis ex iis, quae jam supra allata sunt, intelligitur. Ex hoc certe potissimum divus Rex Stephanus, ejusque Successores Archiepiscopatus, Episcopatus, tot tantaque

mo-

---

a) In Introd. in Nov. Hung. §. 14.

Monasteria Ecclesias et Parochias tam nobiliter et vere basilice fundarunt.

2do. *Bona Castrensia*, quae jam superius descripsimus, de quibus Rogerius miserab. Carminis c. X. merito dicit: *ex his Comitatus Reges habebant delicias, divitias, et honores, potentiam, altitudinem, et munimen.*

3tio. Amplissimae in Hungaria et Transilvania plagae, quae *Terrae Regales* dicebantur, ad quas incolendas subinde Sicularum, Jazygum, Cumanorum, Saxonumque coloniae magno sane numero, ac non sine Aerarii Regii emolumento sunt deductae.

4to. Varia tributorum genera, videlicet: *Liberi*, seu *Libertatis Denarii*, tum *Mardurinae*, seu tributa, quae Coloni singuli a sessionibus suis annue pendebant. Haec ut accuratius colligi possent, singulis Centurionum Centuriis singuli praecerant Centuriones, quorum muneris erat, pecuniam a Centuriis suis acceptam,



Parochiano Comiti, sive Castri Comiti consignare.

5to. Cum ex Divi Stephani fundatione Decimae omnes Episcopis attributae fuerint, earundem loco *Vicesimam* partem fructuum in Hungaria, quinquagesimam vero in partibus Transylvaniae Reges accipiebant.

6to. *Liberarum Regiarumque Civitates*, quas ut peculium suum Reges numero et opibus augere, atque tueri pergebant,

7mo. Auri, argenti, et cujusvis metalli *fodinae*, sive quas Reges ipsi colli faciebant, sive quas privatis concedebant, unde census, quem *Urburam* dicimus, Regi dependebatur,

8vo. *Salis fodinae* cum in Hungaria, tum in Transylvania singulare auctoris naturae beneficium, nullo unquam tempore exhauriendum.

9no. *Tricesimae* in limitibus Regni a Quaestoribus mercibusve inde

de a Regni Hungarici initiis exigi solitae,

10mo. In maritimis Dalmatiae Civitatibus *vectigalis* illius, quod na- ves exterae solvere tenebantur, duae tertiae Regis erant, una Comitum.

11mo. Nonnulli ad sacram Hungariae Coronam olim spectantes populi, nominatim autem Moldavi et Valachi Regibus nostris annua *tributa*, muneraque mittere consueverunt.

XXXII, Pro coronide nonnulla Incitamenta militum. etiam incitamenta, quibus Gens Hungara ad bellicam virtutem mirifice stimulabatur, commemoranda sunt. Quorum primum merito illud adferri potest, quod veteres Hungari omni tempore in armis exercitati fuerint, neque juvenus fere alia in arte, quam in armis tractandis tempus exegerit. Quo accedit, quod Reges militibus etiam gregariis, qui in pugna heroicum aliquod facinus ediderunt, ante commilitonum oculos, praemia et honores decernere consueverint, quae subin e praelio domum

reduces diplomate roborarunt. Plurimae certe familiae in Regno Hungariae etiamnum existunt, quarum Majores hoc modo et Nobilitatem et Bona consequuti fuerunt. Praeterea laudabilis illa in Hungaria viguit consuetudo, publicis etiam Legibus firmata, ut eorum, qui in bello gloriosam oppeterent mortem, parentibus, filiis, aut cognatis honorifica munia, aut praemia conferrentur a) Denique nihil ad incitandos Hungarorum animos plus momenti attulit, quam quod vetustus mos sub ipsis adeo Ducibus Hungariae obtinuerit, ut singularia militum facta in bello edita popularibus cantilenis, non in Aulis modo Ducum, Regumque, sed in ipsis etiam tabernis et popinis decantata fuerint. b).

Tan-

---

a) *Si quis Jobagyo habens honorem (Officialis) in exercitu fuerit mortuus, ejus filius vel frater congruo honore sit dotandus. Et si Serviens (miles) eodem modo fuerit mortuus, ejus filius, sicut Regi videbitur, donetur. And. II. Decr. Art. 10.*

b) *In ipsa Arpadi Aula Regia hujusmodi cantilenas inter synphonias, atque dulces*

Tandem illam etiam solennitatem, quae in promulgando per omnes Hungariae partes bello observabatur, miram in omnium animis impressionem fecisse, dubium non est. Quoties enim bellum in Senatu Regio conclusum fuit, illico per omnes Comitatus, Civitates et Villas dimitti solebant Praecones, qui mucronem sanguine aspersum manu tenentes, alta voce inclamarent: *Vox Dei, et Praeceptum universae Communitatis est, ut unusquisque in tali loco armatus compareat.* a)

## XXXIII.

---

*sonos cythararum et fistularum decantari solitas fuisse, Anonymus Belae Regis Notarius pluribus locis, et nominatim C. 46. innuit.*

- a) Fuit nonnemo haud ita pridem, qui vetustam hanc circumferendi ensis sanguine tincti consuetudinem inter figmenta Thuroczii et Verböczii reponere ausus est. Mihi quidem imprudens ac oppido temerarium esse videtur, vetustorum Auctorum fidem, nullo contrario documento exstante, vellicare. Hanc vero consuetudinem apud veteres Hungaros viguisse, si veꝛ alia deessent testimonia, Ludovicus

Felix ar-  
morum  
progres-  
sus.

XXXIII. Hac rei militaris co-  
ordinatione visa, mirari jam nemo  
debet ingentes illos progressus, qui-  
bus Hungari novellum suum Regnum,  
in prima hac Periodo non modo con-  
stabiliverunt, verum pluribus Regnis  
et Provinciis sibi subjectis auxerunt  
etiam; imo nominis sui famam per uni-  
versum pene terrarum orbem dila-  
tarunt, propagaruntque. Nobis, quia  
instituti nostri ratio non admittit,  
historiam rerum omnium memorabilium  
texere, celebriora solum facta, jux-  
ta seriem annorum, summo hic in  
compendio exhibere sufficiat.

Anno igitur aerae Christianae  
899. Hungari Regno suo constabili-  
to, Italiam invaserunt, et Longobar-  
dos bello vicerunt.

900.

---

vicus H. fatis comprobavit, qui ad ex-  
citandos contra Turcam Hungarorum  
animos, testantibus ejus temporis Scri-  
ptoribus mucronem sanguine aspersum,  
*mors gentilium Hungarorum* per omnes  
Civitates, oppida et pagos circumferri,  
cunctosque, quantum universae Patriae  
periculum impendat, insolito hoc spe-  
taculo admoneri praecepit.

900. Juxta Annales Fuldenfes, fufcepta iterum in Italiam expeditione, eam totam depopulantur; reduces autem regionem Bajovariorum (Bavariam) per 50 milliaria in longum et in transversum ferro et igne vastant.

906. In Saxoniam, et adverfus Graecos bellum movent, in Italia vero Tarvisum, Patavium, Brixiam, Papiam, Mediolanum, cunctasque circumfitas regiones depopulantur, ac ipfas etiam Venetias, teste Dandolo, concremant.

918. Facta in Germaniam procurfione Basileam urbem gravi clade afficiunt.

923. Testante Chronico Augienfi Franciam, Alsatiam, Galliam atque Alemaniam occiso Duce Burghardo, plurimisque Civitatibus everfis, crudelem in modum vastant.

924. Rurfum Italiam petunt, et praeter innumera alia damna, Papiam, uti Frodoardi Chronicum loquitur-

quitur, urbem populosissimam, atque opulentissimam igne succendunt, ubi opes perierunt innumerabiles, Ecclesiae 43 combustae sunt, ac ex innumerabili incolarum multitudine tantum 200 superstites manserunt.

934. Bello una quidem in parte cum Henrico Aucupe improspere gesto, alia in parte vastata Thracia, ipsam Constantinopolim obsident, pace subin cum Graecis inita domum redeunt.

937. Capuam rursus capiunt, totamque viciniam depraedantur.

955. Memorabili clade ad Augustam Vindelicorum attriti, et aliquot eorum Ducibus suspendio enectis, jam deinceps conquieverunt a)

998.

---

a) Hactenus Chronotaxim Clar. Prayi vir de Historia Hungarica optime meriti, cujus me aliquando discipulum fuisse gloriator, sequutus sum. Vide ejusdem *Dissert. Historico - Criticas, Dissert. X. §. VI.*

998. Divus Rex Stephanus Hungaros ad Christi Legem traducere aggressus, Cupam Ducem Simighiensem cum ingenti populi multitudine rebellem adjutorio praestantissimorum Ducum Paznani, Cuntii, Orthii, et Venczelini vincit, eoque prostrato, Regno pacem procurat.

1002. Duce Transilvaniensi Gyula, cognato suo, *quia saepissime admonitus, uti Thuroczius refert, nec ad fidem Christi conversus, nec ab inferenda Hungariae injuria conquievit*, victo et cum uxore et duobus filiis in Hungariam transmisso, terram Ultrasilvanam, seu Transilvaniam, quam Dux olim Tuhutum, Arpado consentiente, sibi ac posteritati suae asseruit, cum Regno Hungariae in perpetuum conjunxit. Ita remotis his maximis obstaculis, D. Stephanus totum se deinceps ordinandae Republicae Hungaricae, Fideique Christianae fundandae impendit.

Sub Petro Alemano, et Aba Respublica Hungarica maximis turbis involuta fuit, quarum praecipuae causae fuerunt, quod primus quidem contemta

ae



natione Hungarica, in Italos et Teutones omnem suum amorem effuderit, cum iis omnia consilia agita-  
verit, hos solos non modo sum-  
mis in Regno dignitatibus excoluerit,  
sed plurimis possessionibus, terris,  
et praediis donaverit: posterior vero,  
quod Regnum summa cum crudelita-  
te auspicatus, subinde Procerum,  
ac Nobilium Ordine postposito, om-  
nia sua studia in vulgus, et infi-  
mam plebem transtulerit, ac cum hac  
unice familiarius, quam Regiae di-  
gnitati conveniret, agere, conviva-  
ri, consilia denique de supprimenda  
Nobilitate inire non dubitaverit.

1052. Andreas I. bellum per-  
difficile cum Henrico III. Imperatore  
non minori prudentia, quam fortuna  
gestum, utili pace terminavit, Regno  
quippe Hungariae a clientela Roma-  
ni Imperii, cui Petri Alemanni im-  
prudencia subjectum fuit, in perpe-  
tuum absoluto. Limites etiam Regni  
usque ad Savum protendit. Etsi enim  
sub Arpado Hungari omnes Regiones  
usque ad Mare Adriaticum sibi sub-  
jecerint, subinde tamen eas se in

iii

libertatem asseruisse, quantumvis tempus in annalibus nostris nusquam expressum legatur, indubium est.

1060. Bela I. Regni moderamen adeptus, quoad vixit, multa pro utilitate illius ordinavit; rebus omnibus mensuram et pretium constituit; fora hebdomadalia in Oppidis et Civitatibus singulis diebus sabbathi celebranda disposuit; pecuniam e puro argento primus cudere coepit; denique Rempublicam ita sapienter gubernavit, ut teste Thuroczio, Hungaria plurimum locupletata, super omnes circumadjacentes regiones caput extulerit, eas divitiis vincens et gloria.

Sub Salomone novis iterum turbis Hungaria propter instabile ejus ingenium agitata est, quae usque ad mortem ejus Successoris Geizae I. perdurarunt.

1091. S. Ladislaus Croatiae domesticis dissidiis plures in factiones scissae, traducto eo exercitu, pacem reddidit, subinde autem Helena

E

Cro-

**Croatiae Regina, Statibusque coronam ei offerentibus, Regnum hoc perpetuo nexu cum Hungaria conjunxit.**

**1093, Ruffia rubra S. Ladislao injurias Regno illatas ulciscente armis domita, in S. Coronae Hungaricae clientelam concessit. — Insignis hujus Regis pietas, clementia, aequitatis amor, et fortitudo ejus memoriam toti posteritati venerandam reddidere.**

**1105. Colomanus Dalmatiam cum maritimis Civitatibus, Spalato, Sibenico, Veglia, et Segnia in S. Coronae Hungaricae potestatem redegit. Hoc sub Rege naves Hungaricae primum in mari Adriatico conspici coepere.**

**1128. Stephanus II. bello inter Graecos et Hungaros exorto Belgradum non solum vicit, sed solo insuper aequavit, murorum turriumque lapidibus in Sirmiensem ex adverso positam regionem traductis, qua**

qua occasione Servia, et pars Bulgariae ferro et igne evastata fuit.

1137. Bela II. coecus imperare coepit. Regnum interna et externa pace felix recte sapienterque moderatus est, nullam e Ditionibus suis amisit, imo vero eas Bosniae, seu Ramae accessione auxit. In eo unice arguitur, quod de auctoribus suae coecitatis crudellem sumserit vindictam, cum post longiorem plurium annorum moram prudens dissimulatio longe meliorem produxisset effectum.

1146. Geiza II. Henrico Austriae Duce belli ansam praebente caeso, pacem Hungariae procuravit; quam tamen discordiae inter ipsum, ejusque fratres Duces exortae paulo post labefactarunt. Fuit Rex hic prudentia, aequitate et clementia conspicuus, ac vel ideo memorandus, quod, multis e Saxonia, Flandria, aliisque Germaniae Provinciis deductis, ac e Regalibus terris dotatis coloniis, ad Hungariae et Transilvaniae felicitatem multum sane contulerit.

Stephano III. Ladislao II. et Stephano IV. paucorum annorum intervallo regnantibus,

1174. Bela III. corona Hungariae insignitus. post aliquot annorum spatium Sirmium, aliasque nonnullas Regni Ditiones, sub Stephano III. a Manuele Graecorum Imperatore occ upatas revindicavit.

1188. Idem Rex Galliciam S. Coronae Hungaricae dominio adjunxit. Huic Regi sapiens illud institutum, ut nempe supplices libelli scripto semper exhiberentur (cum antea petitiones verbo solum proponi consueverint) in acceptis referendum est.

1196. Emericus Regnum exorsus, paucos quibus vixit intra annos, multa pro communi populorum suorum salute utilia constituit. Serviam ante jam juris Hungarici Provinciam firmiter S. Coronae asseruit; Bulgariae vero partem non exiguam Hungariae finibus adjunxit, unde primus Serviae et Bulgariae titulis uti coepit.

La-

Ladislao III. infante intra anni spatium sublato,

1205. Andreas II. successit, ideo Hierosolimitanus dictus, quod communi Christianorum Principum consensu, belli cruciati contra Saracenos decreti Imperator electus, cum flore Nobilitatis ad Palaestynam transfretando rerum a se praeclare gestarum fama Orientem una, et Occidentem compleverit, victricia arma usque Babilonem producturus, nisi optimi illius conatus foedis Principum, qui eidem expeditioni intererant, discordiis irriti redditi fuissent. Sed enim dum haec foris geruntur, domi omnia in farram rerum confusionem abiverunt, quarum causae primo quidem loco Regis absentiae, tum vero praecipue multis ab eo commissis erroribus politicis attribuendae sunt. Ea una re memoriam illius cum veneratione recolimus, quod avitas Ordinis equestris libertates, edita anno 1222. celebri illa, quam plurimi illius Successores solenniter confirmarunt, bul-

la aurea restabiliverit, consolidaveritque.

Haec erat primis Ducum, Regumque temporibus rei militaris, Regnique facies. Quam felix fuisset Hungaria! si ipsi hi, quos recensuimus, Reges, eorumque Successores, sapientissimis Arpadi et S. Stephani institutis constanter inhaesissent. Sed enim occulta quaedam vis fatorum jam eo ipso tempore, dum maxime florebat, florentissimi antehac Regni interitum parabat; quibus ita volentibus Regnum fensim deficere coepit, donec tandem Bela IV. imperante (a quo secundam Regni Hungariae Epocham ordimur) in ultimum quasi praecipitium ruisset.

## PERIODUS II.

*Ab anno 1235. usque 1308.*

### HUNGARIA IN RUINAM ACTA.

XXXIV. Sapiētissimis Arpadi, di-  
vique Stephani Regis institutis Re-  
gnum Hungariae egregie fundatum  
constabilitumque poterat sane pri-  
maevum suum splendorem ad seram  
usque aetatem conservare. Tuta ab  
hostibus exteris, munita contra inter-  
nos motus, fortissimo milite vallata,  
abundans divitiis poterat quibusvis  
adversae fortunae moliminibus serena  
fronte obviam ire, et insperato etiam  
quopiam ictu accepto, propria ite-  
rum se virtute erigere; sed, pro  
dolor! Reges thesauris a Majoribus  
suis acceptis inescati, Regnumque  
tot internis, et externis munitum  
subsidiis labascere nunquam posse si-  
bi persuadentes, a vestigiis Anteces-

Castro  
Regal  
ruinas.



sorum suorum recesserunt, itaque Regnum infinitis calamitatibus involverunt, quas, priusquam explicemus, necessarium videtur, praecipuos errores politicos, Regum quorundam ignorantia aut socordia admisis, indagare. Ita enim tandem rationem inveniemus, cur felix in exordio Hungaria tertium vix seculum attingens, ita graviter conciderit.

3. Nimia  
Regum  
liberali-  
tas.

XXXV. S. Rex Stephanus praeter Archiepiscopatum Strigoniensem, XII. Episcopatus, complures praeterea Praeposituras, Monasteria, et Ecclesias fundavit, amplissimisque possessionibus, villis, et latifundis rara sane munificentia dotavit. Id quidem initio fieri oportebat. Fide enim Christiana in Regnum introducta, et Ecclesias erigere, et Ministris Religionis decoram constituere sustentationem necesse fuit. Neque id cum detrimento Reipublicae factum est, cum pias has fundationes, quantumvis amplas, et optimas e patrimonio potissimum Domus Arpadianae, tum ex Bonis rebellis Ducis Cupa, ex immensis praeterea thesauris, quos fortunati Duces ex  
om-

omnibus pene Europae partibus  
congesserunt, factas fuisse constet.  
Sed Successores Divi Stephani in-  
tra limites primaevarum foundationum  
non manserunt; verum inconsulta  
quadam liberalitate Regias opes in Mo-  
nachos, e cunctis pene orbis Chri-  
stiani Provinciis accurrentes, profu-  
derunt, ac novellam Hungariam in-  
numeris prope Monasteriis, Abba-  
tiis, et Praepositoris splendidissime  
tanquam totidem Regiis Aulis ere-  
ctis, dotatisque repleverunt. a)

Erge Mo-  
nachos.

¶ 5.

Prae-

---

a) Cl. Kollarius in *Amoenitatibus Regni Hungariae* Vol. II. Sect. VII. C. 2. pro exemplo unicum Praeposituram Deme-siensem e literis ejus foundationalibus, quae in Archivo Capituli Nitriensis etiamnum aservantur, adducit. Almus Dux, Bela II. Regis Pater hanc anno 1138. fundavit, 59 vicos, seu possessiones, eidem e Bonis Ducatus sui in perpetuum assignando. Possessionum harum incolae tenebantur Praepositurae quotannis, praeter decimas, et varias servitutes urbanales, praestare: 1) Farinae triticeae cubulos mille quingentos viginti duos. 2) Boves quatuor. 3) Oves

~~capitulum~~

Praeposterum hunc Regum ze-  
lum imitati sunt maximo numero eti-  
am

---

Oves mille quingentas quinquaginta du-  
as. 4) Porcos quinquaginta. 5) Anse-  
res septuaginta. 6) Gallinas centum  
viginti. 7) *Marcii*, sive Mulsi, cubu-  
los centum septuaginta quinque. 10)  
Domos exstructas duas, vel aseres mil-  
le. Praeter hos diversos conditionarios,  
cum liberos tum servos eidem Monaste-  
rio addixit, quos inter censabantur.

1) Curriferi 12. 2) Pistorum 6. 3) Co-  
eci sex. 4) Janitores, qui in portis Re-  
fectorii et Dormitorii excubabant, quin-  
que. 5) Tornatores duo. 6) Agazones  
duo. 7) Campanistae duodecim. 8) Pel-  
liparii, unus. 9) Curiales nuntii, unus.  
10) Piscatores triginta duo. 11) Vi-  
varia, seu piscinae quinque. 12) Salis  
allatores de ultrasilvanis partibus, vi-  
ginti quinque. 13) In ultrasilvanis par-  
tibus homines, qui debebant per annum  
dare *Martures* viginti, corrigias centum,  
pellem *ursinam* unam, cornu *bubalinum*  
unum 14) Vineae in variis regionibus, cen-  
tum triginta octo. 15) Aratra octo  
bouvum duodecim. 16) Molendinae sex.  
17) Lagenarii, sive lagenarum artifices  
tres. 18) Carpentarii quindecim. 19)  
Equile, in quo equae cum pullis septua-  
ginta. 20) Ovile ovium octingentarum.

am Proceres Regni, quorum pluri-  
mae fundationes subinde a Regibus  
con-

21) Vaccarum quatuor et sexaginta ar-  
mentum. 22) Porcae quatuor et nona-  
ginta. 23) Apum alvearia sexaginta,  
24) Liberi homines, terras hereditarias  
non possidentes, septem et quadragin-  
ta. Hactenus Bona ab Almo Duce di-  
ctae Demesiensi Praepositurae fundatio-  
nis nomine attributa, et a Rege Bela  
II. ejus fillo confirmata: cni fundacioni  
ipse etiam Rex Bela II. ejusque Con-  
jux Helena multos alios pagos, quos  
memoratus Kollarius ductore Cl. Heve-  
nesio loco cit. recenset, adjecerunt. Si  
vel unum Monasterium tanta liberalita-  
te fundatum est, facile sibi quisque  
persuadebit, quanta possessionum, vil-  
larum, praediorum, terrarumque multi-  
tudo in 493 Monasteria, quae ante cla-  
dem Mohacsianam in Hungaria extitisse  
*Kazius in Hist. Regni Hungariae L. V.*  
refert, ac singillatim recenset, collata  
fuerit. Erant nempe Abbatiae Ordinis  
S. Benedicti numero 53. Ordinis Cister-  
ciensis 40. Praepositurae Ordinis Prae-  
monstratensium 56. Canonorum Re-  
gularium 6. Collegia Ord. Cruciferorum  
S. Joannis Hierosolimitani 21, Coeno-  
bia Cartusianorum 4. Ordinis Praedica-  
torum 25. Virginum ex ejusdem Or-  
di-

confirmatae, in variis Regni Archi-  
vis reperiuntur. Quod plus est, pri-  
vati etiam nobiles viri, et matronae,  
si amplius tenuitas facultatum non ad-  
misit, servos saltem *exequiales*, seu  
*Dussenicos* Ecclesiis pro perpetua ani-  
mae suae quiete donare, aut testa-  
mento legare contenderunt. a)

Erga  
Clericos

### XXXVI. Quemadmodum erga Ecclesias et Monasteria, ita erga pri- va-

---

diis disciplina viventium 8. Ordinis  
S. Augustini 15. Eremitarum S. Pauli  
primi Eremitae, Vicariatus 21. Pri-  
oratus vero ejusdem Ordinis 43. Do-  
micilia Ordinis Seraphici 142. Ad haec  
Abbatiae 25 et Coenobia 34 incerti Or-  
dinis.

a) Exequiales dicebantur, quod singulis  
annis, quo die exequiae heri vel herae  
celebratae erant, certa dona Ecclesiae  
vel Monasterio offerre tenebantur: *Duf-  
senici* vero, a Slavica voce *Dussa* (anima)  
propterea, quod animae salutis causa,  
sacerdotio perpetua lege relictii fuerunt.  
Hujus generis servorum complura ex-  
empla reperiuntur in Registro Varadi-  
nensi, quodrum aliqua Cl. Kollarus in  
Amoe-

vatos domesticos, aequae ac extraneos, praesertim Aulae suae Ministros,

---

Amoenit. Vol. II. Sect. VI. C. 4. exhibet. Quod autem privati Domini terrestres Bona etiam ac possessiones prima Hungariae aetate Ecclesiis magno numero conferre soliti fuerint, id ex plurimis Privilegiis, in variis Regni Archivis repositis, luculenter patet. Vel solum Andreae II. Regis Privilegium Ecclesiae Zagrabiensi concessum, et a Canonico olim Zagrabiensi Cl. Kercselichio in Hist. Eccl. Zagrabiensis C. VIII. insertum, id sat, superque docet, in cujus contextu dicitur: „Conferimus terram Zagrabiensi Ecclesiae, donatione nostri Patris Belae collatam, jure perpetuo possidendam: item terram, quam *Totax* quidem donavit: item *Toplicza*, quam *Alexius* quondam *Banus* contulit: item *Rabuch*, quam *Pater noster Bela* contulit: item *Premla*, quam quidam *Nobilis* nomine *Petrus* contulit: item terram *Zaverschya*, quam *Joannes Praepositi Cyriaci avunculus* contulit: item *Opor*, quam *Blasius* quondam *Abbas S. Martini* contulit: item *Cassina*, quam quidam nomine *Utha* cum suis fratribus contulit: item *Metam* *Podgoriensis praedii*, quam *Martinus Banus fidelis noster* indigentiam

stros, et Clientes Regum nonnulli, praecipue Andreas II. justo magis liberales, imo prodigos sese exhibuerunt, usque adeo, ut complures privatae familiae, immensis opibus auctae, jam cum ipsis quasi Regibus certare viderentur.

2. Bonorum Castrensi-um dispersione.

XXXVII. Quodsi Reges tantum thesauros suos distribuissent, si tantum patrimonium Domus Regiae, id est, Bona ad culinam Regiam pertinentia dissipassent, tolerandum id quidem utcumque fuisset. Sed quis sine intimo animi dolore legere potest, inconsultam Regum prodigalitatem eo usque progressam fuisse, ut ipsa Bona Castrensia, ipsos populos  
ad

---

„tiam Zagrabiensis Ecclesiae considerans  
„contulit, dictam S. Petri de *Volavia*,  
„aliter *Petrovina*: item terram, quam  
„quidam nomine *Zamor* filius *Daslai*  
„contulit: item terram, quam *Ladis-*  
„laus contulit: item *Blata*, quam *En-*  
„dus contulit:“ et sic porro. Datum  
per manus Magistri Ugrini Aulae Re-  
giae Cancellarii anno ab incarnatione Do-  
mini 1217. Regni nostri anno 13.

ad Castra Regia pertinentes cum ter-  
ris eo spectantibus, inter Abbantias,  
Praeposituras, Coenobia, Aulicos,  
Clientes, privatasque familias con-  
tra expressam Divi Stephani Legem  
a) distribuere veriti non fuerint.

XXXVIII. Quam tristes seque-<sup>Tristes</sup>  
lae inde in universum Hungariae <sup>Sequelae.</sup>  
Regnum redundaverint, nullis satis  
verbis exprimi potest. Primum enim  
flos illè militiae Hungaricae, qui e  
Jobagyonibus Castrorum componeba-  
tur, dispersus dissipatusque sensim  
elanguit, progressu autem temporis  
penitus interiit. *Per prodigalitatem*  
(verba sunt Rogerii) *quorundam Ro-*  
*gum, jura Comitatum (id est Bona)*  
*erant adeo diminuta, ut meritis et*  
*demeritis personarum non discussis,*  
*eisdem possessiones, villas et praedia*  
*ad Comitatus (id est Castra Regia)*  
*per-*

---

a) *Res (Bona), Milites, Servi, (Subditi) et*  
*quidquid ad Regalem dignitatem pertinet,*  
*permanere debet immobile, a nemine inde*  
*quid rapiatur, aut subtrahatur, nec quis-*  
*quam sibi in his praedictis favorem acqui-*  
*rire audeat. L. II. C. 6*



*pertinentia, in perpetuum contulissent: ex quo viros militares Comites Parochiani non haberent, et cum incederent, simplices milites propter diminutionem Comitatum putarentur. a)* Id est, dum ad bellum proficiscendum fuit, multi Comites Castri absque ullo pene milite ad Castra comparere cogebantur. Ita vires florentissimi Regni, quas tota aliquando Europa formidabat, Regum imprudentia imminutae, et penitus fere accisae fuerunt.

s. Aerarii Regii dissipatio.

XXXIX. Altera nihilo minus tristic sequela fuit, quod Aerarium Regium olim totius quasi Europae divitiis auctum locupletatumque, et, uberrimis, proventuum publicorum fontibus in illud quotannis refluentibus, nullo tempore exhaustum fatali hac Regum opes profundendi libidine adeo diminutum fuerit, ut potentissimi antea Reges Hungariae cum turpi quandoque egestate colluctari coacti fuerint. Certe sub Andrea II.

eo

---

a) Miserabilis Carminis G. X.

eo res devenit, ut universi ejus redditus vix VIII mille argenti marcas adaequarent, prout ex literis Gregorii IX Papae Anno 1235. XI Cal. Sept. ad eum datis apparet. a). Ita nervo deficiente, quid mirum, si Regnum tot, tantisque calamitatibus sub Bela praefertim IV. uti paulo infra videbimus, involutum fuit.

XL. Quid? quod Proceres Regni, nimia Regum liberalitate ad summam eluctati potentiam, omnem Hungariam fusque deque verterint, ac innumeris factionibus excitatis, dum suis tantum commodis augendis studebant, et Reges, et ipsam Rempublicam miserrime oppresserint. Juvat hoc loco Clarissimi Palma, quem Scriptorem intima Politices adita penetrantem maximi sane facimus, verba adferre. *Nonnulli e Potentioribus (sub Andrea II.)* inquit ille,

4 Proce-  
rum  
praepo-  
tentia.

---

a) Vid. Cl. Palma Not. Rer. Hung. Par. I. ad annum 1235.

ille, qui eo jam ante audaciae pro-  
 cesserant, ut in Gertrudis Reginae  
 mortem conspirare non sint veriti, nunc  
 tenera pueri Belae Regis aetate, et  
 Jolantae Reginae imbecillitate abusi,  
 excusso Legum jugo, positoque Regiae  
 Majestatis metu, cuncta pro libidine  
 agere, nemini obtemperare, equestrẽm  
 Nobilium ordinem opprimere, ac in  
 servitutem redigere interea asue-  
 verant. Limitanearum Provinciarum  
 Bani summum in fidei suae commissos  
 imperium exercere, multi Parochiani  
 Comites Regii Castri Comitatus  
 tributum omne suum facere, quin i-  
 psa adeo praedia, et terras ad Ca-  
 strum spectantes, in suam redigere di-  
 tionem; alii alios proventus Regios  
 diripere, ac Bona S. Coronae dicata,  
 unde Reges pro dignitate vivere sum-  
 morumque Imperantium onera tolerare  
 solebant, inter se partiri non sibi cri-  
 mini duxere, a qua peculium Regium  
 depraedandi licentia ne Praelati qui-  
 dem Ecclesiarum immunes fuere: quo  
 in genere potissimum notatus fuit Ber-  
 tholdus Colocensis Archiepiscopus,  
 qui absentẽ in Palaestina Rege, im-  
 mensa pecuniae vi ex Aerario Regis  
 sub-

*subducta, sub principium Anni 1218 cum pluribus aliis utriusque ordinis Clientibus suis ex Hungaria profugit, seque eodem anno in Aquilejensem Patriarcham eligi procuravit. a)*

Id ipsum etiam Rogerius solito suo candore, quo Historiam irruptionis Tatarorum pertexit, enarrat. b)

F 2 Co-

a) Palma Notit. Rer. Hung. ad A. 1218.

b) *Qui autem Potentiores erant, sicut Thavernicus, qui & Camerarius dicitur, ac Dapiferorum, Pincerparum, nec non Agazonum Magistri, & ceteri, qui habebant in Curia dignitates, in tantum increpsati sunt, ut Reges pro nihilo reputarent. Misera. Carm. C. X. iidem (nempe Primores Regni) inter ipsum Regem (Belam IV.) & Patrem ejus (Andream II.) saepius seditionem & scandalum procuraverunt, ita quod hinc inde saepius militia congregata, dimicare ad invicem voluerunt, nisi per tenentes medium inter eos, essent pacis foedera reformata. Cum & ipse Rex & Patris Curiam accedebat, iidem in nullo ei penitus deferebant, imo dehonestare ipsum verbis & factis, in quantum poterant, nitebantur, quod celari non potest. Et contra vitam Patris & filiorum nequiter*

com-

Sera his  
malis me-  
dicina.

XLI. Conati quidem sunt cordati quidam, et vere perpetua memoria digni Reges Hungariae hisce malis medelam ponere, nimiamque Regum in dispergendis Bonis Regiis licentiam refroenare. Ita pientissimus Rex Colomanus foundationibus, quae a Divo Rege Stephano factae sunt, in vigore suo relictis, a) bona posterius donata revindicare studuit. b) Andreas

---

*conspiraverunt, ut iis gladio interemtis, facilius quilibet posset de Hungaria, quam sibi per partes dividerant, portionem sibi debitam, sine conditione cujuslibet, obtinere. Et cum concepta nequirent effectum mancipare, aliud nequius cogitarunt. Duci Austriae litteras cum certis pactis et conditionibus destinando; Domino Frederico Romanorum Imperatori Coronam Regni et Hungariam dare promittebant, sed nuncius in via captus Regi fuit cum litteris praesentatus. Idem C. IX.*

- a) *Dotes cujuslibet possessionis Monasteriis, seu Ecclesiis a Beato Stephano Rege dispositae inconuulsae remaneant. L. I. C. I.*
- b) *Quia eo minus videtur valere Curia, quo minus suppetunt necessaria, ne nostra abundantia nimis superfluat penuria, placuit omnes pistrinas (Bona) praeter quas S.*

reas II. ille nempe ipse, qui plurimum dilapidavit, gravi suo errore fero nimis observato, statuit, *ne integri Comitatus ( id est Castra ) in praedia, seu possessiones deinceps ulli perpetuo conferantur.* a) Bela quoque IV sapientissimus et meliori sorte dignus Rex teste Rogerio, *cupiens redintegrare Coronam, quae pene parvae potentiae facta erat, licet plurimis displiceret, male tamen alienata studuit revocare ad jus, et proprietatem Comitatum, tam a sibi contrariis, quam a suis.* b) *Sed et Baronum praesumptuosam audaciam reprimere aggressus, praecepit, ut exceptis suis Principibus, Archiepiscopis, et Episcopis, si aliquis Baronum sedere in sede aliqua in sua praesentia au-*

F 3

de-

---

*S. Stephanus Rex donaverat, Solito Regali reddere. Colom. L. I. C. 15.*

*Decrevimus piscinas Monasteriis & Ecclesiis datas necessarias quotidiano Fratrum usui relinquere, superfluas vero auferre. Idem C. 16.*

a) Bulae Aureae art. 16.

b) Carminis miserab. C. X.

*deret, debita poena plecterentur, comburi faciens ibidem ipsorum sedes, quas potuit invenire. a) Sed nimirum...*

— — Sero medicina paratur,  
Cum mala per longas invaluere moras.

Nae herculeum laborem aggressi sunt, quotquot ad Bona in privatorum manus semel devoluta, solennibus Diplomatis, quibus possessio eorum consolidata fuit, usuque longioris temporis obstantibus, Coronae restituenda animum adjecerunt.

5. Regni  
divisio.

XLII. Sed praeter hos, quos hactenus exposuimus, plurimi alii politici errores fuerunt, in quos nimium incurii Reges, deplorando Regni totius cum detrimento, saepius incurrerunt. Eorum principem, ac trabalem commisit Andreas I. tum, cum tertiam Regni partem fratri suo Belae sub titulo Ducis infelici sane omine cecidit. Quoties enim deinceps Regum aliquis aut fratrem, aut filium aetate majorem habuit, hi fere semper tertiam Regni partem sibi assignari

a) Idem. C. IV.

gnari postulabant. Unde acerbissima saepe numero odia, tristissimaque dissensiones inter Reges, eorumque fratres, aut filios, imo cruenta etiam bella enata sunt a). Historia integra conscribenda foret, si quis discordias, animorum exulcerationes, bellaque civilia; quae sub Salomone, Colomanno, Geiza II. Stephano III. Andrea II., Bela IV hanc ob causam orta sunt, recensere cuperet. Et quis, quaeso, in his rerum circumstantiis passus est, nisi infelix Regnum Hungariae? enim vero pars Procerum, Nobilium, Militumque una Regibus, alia Ducibus adhaerebat, Inde mutua intra eundem

---

a) *Post haec autem Rex ( Andreas I. ) et frater ejus Bela, habito Consilio, dividerunt Regnum in tres personas, quarum duae in proprietatem Regiae Majestatis suae manserunt, tertia vero pars in proprietatem Ducis est collata. Haec igitur prima Regni hujus divisio seminarium fuit discordiae, & querelarum inter Reges & Duces Hungariae. Chron. Thurocz P. II C. XLII.*



dem Patriae Cives, et filios odia, mutuae caedes, rapinae, et infinita alia mala. Qui Regi fidem servavit, Ducis iram incurrit, Bonisque in Ducali parte sitis mulctabatur; At qui Ducis partibus adhaesit, tanquam perduellis vitae, Bonorumque jacturam subire cogebatur. His modis Nobilis Nobilem, Miles Militem, Civis Civem attrivit, viresque publicae magis indies magisque diminuebantur. a)

6. Nobilitatis  
oppressio

XLIII. Nec minus gravissimus ille, et principiis sanae Politicae omni ex parte oppositus Regum quorundam error fuit, quod milite Castrensi disperso, ac dissipato illustrem saltem Nobilitatis Hungaricae coetum conservare non sciverint, Pulcherri-  
mus

---

a) Serum jam remedium Andreae II. fuit, dum in Bulla aurea Art. 18. statuit, *Servientes accepta licentia a Nobis possunt libere ire ad filium nostrum, ut a majore ad minorem, nec ideo possessiones destruantur.* Jam tum enim plurimi hanc ob causam ad extremam redacti sunt inopiam.

mus hic ordo (quo incolumi salva tamen Hungaria consistere poterat) partim bellis exteris, quibus, haud raro imprudentissime objiciebatur, praesertim celebri illa expeditione Hierosolimitana sub Andrea II. malo omine suscepta, concisus, partim bellis civilibus attritus, partim praepotentia Procerum, raptis Bonis et possessionibus ad incitas redactus, partim denique Regum quorundam ira, vindictae studio, aut malevolis Aulicorum consiliis avitis suis libertatibus, quas eximiis suis, quorum pleni sunt Annales nostri, factis meruere, exspoliatus fuit. Ipsa illa remedia, quae Andreas II. in Bulla sua aurea tot, tantisque eorum afflictionibus affere conatus est, quantus, quamque gravis eorum morbus fuerit, sat, superque demonstrant. a)

F 5

XLIV.

---

a) Jam in Praefatione ad Bullam auream dicit Andreas II. *Libertas tam Nobilium Regni nostri, quam etiam aliorum instituta a S. Rege Stephano, per aliquorum Regum potentiam, ulciscantium aliquando iram propriam, aliquando etiam attendentium*

7. Inor-  
dinatus  
erga ex-  
teros af-  
fectus.

XLIV. Alii praeterea Reges ni-  
mio, ac immoderato erga advenas  
amore peccarunt, uti Petrus Alema-  
nus et Andreas II. Quo pacto mul-  
tis gravissimisque saepenumero turbis  
ansam praebuere. *Habet nempe (ut  
verbis Cl. Palma utar) id sibi pro-  
prium gens Hungara, ut cum ipsa*  
si-

---

*tium consilia falsa hominum iniquorum, vel sectantium propria lucra fuerat in quam plurimis partibus diminuta. Porro articuli quasi singuli, quanta Nobilitati injuriae illatae fuerint, loquuntur. Sic Articula II. volumus, quod nec Nos, nec posterius nostri aliquo tempore Serpientes capiant, vel destruant, favore alicujus Potentis... Art. III. nullam collectam, nec libras denariorum colligi faciemus supra praedia Serpientium: Nec in domos, nec villas descendemus, nisi vocati... Art. V. Comites Parochiani, praedia Serpientium non discutiant, nisi Causas monetarum et decimarum... Art. VII. Si Rex extra Regnum exercitum ducere voluerit, Serpientes cum ipso ire non teneantur, nisi pro pecunia ipsius... cujus Articuli explicatio jam in superioribus continetur. Art. VIII. Palatinus omnes homines Regni nostri indifferenter discutiat. Causas Nobilium, quae*  
ad

*fide et amore in Principes suos nulli concedat, pro eorum salute sanguinem et vitam profundere in lucris ponat, vicissim ab eisdem diligi, amarique ambiat.* a) Utinam auream hanc sententiam verissime prolatam, et constanti tot seculorum usu comprobata Reges semper ante oculos habuissent.

**XLV.** Alii Reges, uti Petrus <sup>8- Nimi-</sup> Alemanus, Aba et Bela II. nimio <sup>ue rigor.</sup> rigore gentis totius odium incurrerunt, omnemque sibi deinceps vitam amarâ reddiderunt. Nulli certe magis ars dissimulandi necessaria est, quam  
Reg-

---

*ad perditionem capitis, vel ad destructionem possessionum pertinent, sine conscientia Regis terminare non possit. . . Art. XIII. Jobagyones ita sequantur Curiam, vel quocumque proficiscuntur, ut pauperes per eos non opprimantur, non spolientur. Art. XV. Agazones, Caniferi et Falconarii non præsumant descendere in villis Servientium. Art. XVII. Possessionibus etiam, quas quis justo serditio obtinuit, aliquo tempore non privetur. Art. XXII. Porci nostri in silvis vel pratis Servientium non pascantur contra voluntatem eorum.*

a) Introd. in Nov. Hung. Hist. §. 18.

Regnantibus. Etenim verissimum illud est Poetae :

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat

Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

Qua in re merito Augustissimum modo regnantem Josephum II. suspicimus, qui rara sane animi magnitudine, multa, quae veteres forte Nostros Reges ad vindictam provocassent, contempsit, suoque ostendit exemplo, majorem illum esse,

— — qui se, quam qui fortissima vincit

Moenia — — —

9. Malus  
Mini-  
strorum  
delectus-

XLVI. Neque minus contra fana Politicae principia peccatum fuit, quod nonnulli Reges Aulae suae Ministris, eorum verbis, justane, an injusta sint, proprio iudicio non expensis, coeca quadam fiducia nimium faciles praebuerint aures. Ita enim ii Regum credulitate abusi honestos quosque Cives in suspicionem criminum nunquam commissorum adduxerunt, Reges exosos populo reddiderunt, seque non raro cum detri-

men-

mento aliorum locupletarunt. Tales Ministri erant *Buda* sub Petro Rege, *Vidus* sub Salomone, Dionysius Palatinus sub Andrea II. quibus unice mala omnia, quibus Regibus his imperantibus, univcrsum Regnum concutiebatur, adscribenda sunt.

XLVII. Neque illud silentio <sup>10. Lu. 234.</sup> praetereundum est, quod Proceres, imo ipsi etiam Episcopi, rerum omnium abundantia affluentes, dies et noctes in otio, commensationibus et hilaris, inter lusus, et musicos concentus exegerint. Horum exemplo reliqua etiam Nobilitas, relictis militiae studiis, luxu et feminea quadam mollitie diffuebat. “*Erant Hungari, verba sunt celebris Scriptoris Thomae Archidiaconi Spalatensis, longa pace dissoluti, armorum asperitate defueti, carnalibus enim gaudentes illecebris ignaviae torpore marsebant. — — — Quod enim aliud erat juvenilis aetatis studium, nisi polire caesariem, cutem mundare, virilem habitum in muliebrem cultum mutare, tota dies exquisitis conviviis, aut mollibus expendebatur locis, no-*  
stur-

*cturnos sopores vix hora diei tertia terminabat. Cuncta quidem suae vitae tempora in apricis silvis et amoenis pratis cum uxoribus transigentes, non de bellorum strepitu cogitare poterant, qui non seria, sed ludicra quotidie tractabant. a)*

Nempe Regum quorundam foecordia, ac supinus Reipublicae neglectus eo usque processit, ut enormes huiusmodi abusus toti aliquando Regno exitio futuros, aut corrigere non voluerint, aut Procerum potentiam metuentes, ad feriam his malis medellam ponendam satis animi non habuerint.

11. Ecclesiastici  
militariis  
tractantes.

**XLVIII.** Denique, ne quid reticeamus, id quoque multi Scriptores vitiodant Regibus Hungariae, quod viris Ecclesiasticis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Secularis non minus, ac Regularis Status Praelatis, contra institutum eorum arma tractare admitterint, iisque haud raro copias contra

a) Historia Salonitana C. XXXVII.

tra hostem ducendas concrederint. Caro eam rem Hungariae non raro stetit plurima testantur exempla. Non ita Divus Rex Stephanus, non S. Ladislaus, invicti ambo heroes, fecerunt, qui spe et fiducia in Deo, ardentibusque virorum sacrorum precibus collocata, copiis suis Viros, militiae laude celeberrimos et hac in arte inde a tenera aetate egregie exercitatos praefecerunt. Ut adeo de viris Ecclesiastica dignitate praeditis in pugna contra Tataros commissa, occisis, merito exclamaverit memoratus Archidiaconus: *Heu! heu Domine Deus noster! — — — Quam multo melius infelices ii se suumque populum piis votis, intentisque precibus juvare poterant, sacris aedibus supplicando, quam materialibus armis accincti, in Castris Laicalibus pernoctando. a)*

---

 XLIX.
 

---

a) Historiae Salonitanae loco citat. Idemet Comes Ignatius de Battyán, Episcopus Transilvaniae, in Legibus Ecclesiasticis, quas magno labore collectas, ac sapientissimis animadversionibus illustratas haud pri-



Hinc Re-  
gum ruina

**XLIX.** Qui Regum errores hactenus breviter, omnique cum candore adumbratos, et ex authenticis Legum, Historiarumque monumentis deductos apud animum, seposito partium studio, paulo attentius perpenderit, mirari procul dubio desinet, florentissimum olim Regnum Bela IV. regnante eo miseriarum, prout infra videbimus, dejectum fuisse. Imo vero haud parum mirabitur, compluribus ejus Principibus magnam illam regnandi artem usque adeo negligentibus, aut ignorantibus, duobus et ultra seculis illud vel sustentare se potuisse. Nos interim Historiam irruptionis Tatarorum paucis Capitibus complectemur, et, ut rei plena fides constet, verbis Thomae Archidiaconi, fide digni, et coevi Scriptoris ut plurimum utemur.

L.

---

pridem (Anno 1785) typis vulgavit, pro quo labore multum sane ei Ecclesia Hungarica debet, observat, cum Cap. XIX. dicit: *Utinam Episcopi et Sacerdotes gentis nostrae gladio spirituali contenti, precibus potius, quam armis pugnasent! Caro nimis stetit nobis saepenumero praeposteram Ecclesiasticorum fortitudo.*

L. "Anno 5to regnante Bela filio An- Tataro-  
rum ir-  
ruptio  
a. 1241.  
 dreae Regis Hungariae (Anno 1241)  
 „gens pestifera Tataroru, ad par-  
 „tes Hungariae propinquavit. — —  
 „Cum rumor exitialis adventus Ta-  
 „tarorum ad aures perstreperet Un-  
 „garorum, quasi ludus quidam, vel  
 „inane somnium videbatur eis, ---  
 „erant enim longa pace dissoluti,  
 „armorumque asperitate defueti ----  
 „At vero quibus erat mens sanior,  
 „feralibus nunciis excitati pestiferae  
 „gentis metuebant incursum. Quam-  
 „obrem Regem et Principes crebris  
 „solicitationibus, ut tanto pre-  
 „caverent malo. ---- Vix tandem  
 „Rex his pulsatus clamoribus com-  
 „movit se ---- et congregari fecit  
 „omnes Principes, cunctos Barones  
 „et Proceres Regni sui, cunctumque  
 „robur Ungarici exercitus contra-  
 „xit in unum. Venit *Colomanus*  
 „Rex (*Dux*) frater ejus cum omni  
 „potentatu suo, venerunt et Praesu-  
 „les Hungariae, qui et ipsi non  
 „contenti sobriam Ecclesiasticae mo-  
 „derationis habere familiam, imo  
 „prae divitiarum magnitudine, ma-  
 „gnas militum acies ductitabant. Af-  
 fuit

„fuit *Mathias* Strigoniensis, accessit  
 „*Hugrinus* Coloczensis Archiepiscopi,  
 „una cum Suffraganeis suis, quos  
 „secuta est magna multitudo Praela-  
 „torum et Religiosorum, quasi oves  
 „ad victimam. Tunc coepere uni-  
 „versale Consilium agitare, diebus  
 „non paucis contractantes, et cum  
 „diversi diversa sentirent, nullum  
 „valebant consilium concorditer sta-  
 „bilire. Alii terrore torpentes nimio  
 „dicebant, cedendum iis fore ad  
 „tempus, nec esse confligendum cum  
 „eis. At vero alii securitate fatua  
 „dissoluti dicebant: ad primam osten-  
 „tationem nostrae multitudinis eos  
 „esse in fugam vertendos; sic autem  
 „non valebant in unum consilium  
 „concordare. Illis ergo consulendo  
 „cunctantibus, morasque inaniter pro-  
 „trahentibus, ecce nuncius inopina-  
 „tus ad Regem cucurrit, nuncians  
 „ex certo, quod infinita jam multi-  
 „tudo Tataricae gentis Regnum in-  
 „traverat, et jam prope esset. Tunc  
 „omisso Consilio Rex et Regni  
 „Principes coeperunt arma parare,  
 „ordinare. Duces super Legionibus,  
 „majorem pugnantium copiam con-

„ vocare. Exeuntes autem a Strigo-  
 „ nii partibus transierunt Danubium,  
 „ et venerunt versus *Pestum*, quae  
 „ erat maxima villa.

LI. “ Tunc Rex cum universo <sup>Unga-  
 riae cin-  
 des.</sup>  
 „ exercitu suo (*Tataris studiose re-*  
 „ *cedentibus*) quasi fugitantium inse-  
 „ quens terga, venit usque ad flumen  
 „ *Thyfsam*, quem transvadantes ve-  
 „ nerunt usque ad aliam aquam, quae  
 „ vocatur *Sajo*. Universa vero mul-  
 „ titudo Tatarorum castra posuerat  
 „ ultra aquam illam - - - Videntes  
 „ autem Ungari hostilia agmina ul-  
 „ tra aquam descendisse, Castra me-  
 „ tati sunt citra - - - Altera die fu-  
 „ gatis Custodibus Ungaris (*pro cu-*  
 „ *stodiendo ponte Sajonis constitatis*)  
 „ Tatarorum alii per pontem, alii  
 „ per vada alvei transiverunt; et ec-  
 „ ce summo diluculo apparuit univer-  
 „ sa multitudo Tatarorum per cam-  
 „ pum diffusa. Custodes vero fugien-  
 „ tes ad castra, magnisque clamoribus  
 „ perstreptentes, vix excitare poterant  
 „ securo somno sopitos Ungaros. Tan-  
 „ dem tristi nuncio expergefacti, non  
 „ ut oportebat in summo discrimine

„concite arma arripere, equos af-  
„cendere, et in hostes exire, sed  
„lente e stratis surgentes quaere-  
„bant potius suo more capita pe-  
„ctere, manicas fuere, faciem lava-  
„re, de committendo praelio modi-  
„cum cogitabant. Attamen Coloman-  
„nus Rex, et Ugrinus Archiepisco-  
„pus, et quidam Magister militiae  
„templi, ut strenuos decebat viros,  
„non ut coeteri se quieto sopori  
„dederunt, sed totam noctem sub ar-  
„mis ducentes pervigiles, mox ut cla-  
„morem persentiunt, statim e castris  
„erumpunt. Tunc militaribus armis  
„accincti, et in unum cuneum con-  
„globati audacter in hostiles acies  
„irruerunt, et cum eis aliquamdiu  
„multa fortitudine pugnaverunt; sed  
„cum essent paucissimi respectu infi-  
„nitae multitudinis Tatarorum, plu-  
„ribus jam de sua societate perem-  
„ptis redierunt ad castra. Hugrinus  
„ergo, ut erat vir constanti libertate  
„intrepidus, elevata voce coepit Re-  
„gem de negligentia increpare, et  
„omnes Barones Ungariae de igna-  
„viae torpore arguere, quod in tan-  
„to periculo constituti, non suae vi-  
tae

„tae confulerent, nec toti Regno sub-  
 „venire pararent. Qui ergo parati  
 „erant, exierunt cum eis; alii vero  
 „inopinato pavore percussi, quasi  
 „amentes, nesciebant, ad quid ma-  
 „nus tenderent, et quo tutius se con-  
 „ferrent. Itaque, tres Duces praedi-  
 „cti -- iterum exeuntes praelium cum  
 „hostibus commiserunt, tanta denique  
 „fortitudine inter confertissimas ho-  
 „stium catervas ferebatur Hugrinus,  
 „ut velut fulminis ictum magno cum  
 „clamore vitarent; similiter et Co-  
 „lomanus, et Templarius cum suis  
 „commilitionibus latinis magnas stra-  
 „ges ex hostibus faciebant, sed im-  
 „petum multitudinis jam non valen-  
 „tes sufferre Colomanus. et Archie-  
 „piscopus acriter vulnerati vix eva-  
 „ferunt ad suos, Magister vero Tem-  
 „plariorum cum tota acie Latinorum  
 „occubuit, multi etiam Ungari in  
 „illo certamine perierunt.

LII. “ Hora autem diei quasi <sup>Fuga.</sup>  
 „secunda et ecce universus exercitus  
 „Tataricae multitudinis, velut quae-  
 „dam chorea, circumdedit omnia  
 „castra Ungarorum, et intentis ar-

„cubus coeperunt undique sagittare ;  
 „alii vero in circuitu castrorum ignem  
 „apponere properabant. Videntes au-  
 „tem Ungari ex omni parte hostili-  
 „bus se cuneis circumseptos, periit  
 „mens et consilium ab eis, nihil jam  
 „de explicandis suis copiis, aut de  
 „ineundo universali certamine pote-  
 „rant cogitare, sed tanto malo atto-  
 „niti ibant circumquaque, velut  
 „oves in stabulo luporum, morsus  
 „evadere perquirentes. At vero mi-  
 „seranda Ungarorum multitudo om-  
 „ni salutis consilio destituta quid fa-  
 „ceret non videbat, neque enim alteri  
 „cum altero colloquium habere lice-  
 „bat, unusquisque sibi sollicitus, de  
 „communi salute nullus providere va-  
 „lebat, sagittarum et jaculorum im-  
 „brem non armis oppositis excipiebant,  
 „sed dorfa vertentes ad ictus cade-  
 „bant passim tam crebri, ut de con-  
 „cussa illice diffluere glandes solent.  
 „Et cum omnis spes vitae foret a-  
 „dempta - Rex et Princeps relictis  
 „signis ad fugae praesidium se con-  
 „vertunt; a) tunc relicta multitudo,  
 „hinc

a) Rogerius Canonicus M. Varadiensis,  
 qui et ipse in captivitatem Tatarorum

„hinc crebris mortibus territa, hinc  
 „flammae devorantis in giro metu at-  
 „tonita, nil nisi ad fugam totis praë-  
 „cordiis aestuabat --- Cum viderent  
 „Tatari Hungaros jam itineris labo-  
 „re defessos, nec posse ad arma ma-  
 „nus extendere, nec pedes ulterius  
 „ad fugam laxare, tunc coeperunt  
 „hinc et inde jaculis infigere, gla-  
 „diis obtruncare, nulli parcere, sed

G 4

„om-

---

inciderat, in miserabili suo carmine C. XXVIII. rem paulo aliter narrat: *Rex (ita inquit) suos hortabatur, ut ad pugnam se viriliter haberent, vexilla non pauca manu propria Majoribus assignando. Hungari autem habebant haec omnia in derisum, de multitudine confidentes: ad pugnam tamen cor et animum non habebant. Imo vero volebant, ut Rex perderet, ut ipsi chariores (praë Cumanis nempe) postmodum haberentur. Ultro ait: Dux Colomannus Frater Regis cum suis, quos in tanta pressura habere potuit, conflictum durissimum ex una parte exercitus habuit cum eisdem; pugnae per majus spatium diei insistendo, et dum crederet, se per residuam exercitus partem adjuvari, deceptus est, --- Cum Rex illos (Hungaros) ad conflictum ire creâidit, ipsi exhibant ad fugam potius, quam ad pugnam.*



„ omnes feraliter trucidare; cadebant  
 „ a dextris et sinistris hibernalium fo-  
 „ liorum instar, jacebant per totam  
 „ viam miserorum prostratorum cada-  
 „ vera: fluebat sanguis more torrentis  
 „ fluvii, infelix Patria filiorum infe-  
 „ cta cruore longe lateque rubebat-  
 „ ibi ille formosissimus vjr *Hugri-*  
 „ *nus* periit, ibi *Mathias* Strigonien-  
 „ sis, ibi multa Praelatorum et Cle-  
 „ ricorum turba occubuit.

Exci-  
 dium.

LIII. „ Quid vero commemorem  
 „ de immani saevitia, quam in Civi-  
 „ tatibus et villis diebus singulis ex-  
 „ercebant, cum imbellem turbam  
 „ mulierum, senum, et infantium con-  
 „ gregantes, faciebant uno ordine  
 „ considerare, et ne vestes macularen-  
 „ tur sanguine, neve carnifices lasa-  
 „ rentur, indumenta prius omnibus  
 „ detrahebant. Et tunc missi carnifi-  
 „ ces singulorum brachia elevantes  
 „ figebant leviter telum in corde, et  
 „ extinguebant omnes. Praeterea  
 „ mulieres Tatarorum virili more ar-  
 „ mis accinctae, in pugnam audacter  
 „ ferebantur, ut viri. Hae in mulie-  
 „ res captivas atrocius saeviebant;

„ si

„si quas enim venustiori vultu cer-  
 „nebant; ex quibus Zelotipiae mo-  
 „tum possent aliquatenus formidare,  
 „statim extracto gladio perimebant,  
 „vel si quas videbant ad serviendum  
 „habiles, praeciso totaliter naso, de-  
 „turpata facie, servili ministerio de-  
 „putabant. Pueros quoque captivos  
 „ad se venire iubentes, primo se-  
 „riatim eos considerare iubebant, de-  
 „inde, vocatis parvulis suis, dabant  
 „eis viridium lignorum vectes sin-  
 „gulos, et tunc praecipiebant, ut in  
 „capita percuterent miserabilium par-  
 „vulorum; ipsi vero sedentes corri-  
 „debant ad invicem collaudantes eum,  
 „qui melius ictum vibrasset, et qui  
 „unica percussione cerebrum collide-  
 „re poterat, et corpus extinguere  
 „puerile. Quid pluribus opus est?  
 „nulla erat reverentia foeminei se-  
 „xus, nulla pietas puerilis aetatis,  
 „nulla miseratio senectutis, uno cun-  
 „ctos impietatis genere trucidantes.  
 „Ad Religiosorum habitacula cum ve-  
 „nissent, procedebat eis Clericalis  
 „Coetus sacris Stolis induti, concin-  
 „nentes hymnos et cantica, quasi  
 „debitam honorificentiam victoribus

„exhibentes, et parantes munia, xe-  
 „nia, ut eorum circa se misericor-  
 „diam provocarent: sed ipsi totius  
 „pietatis et humanitatis ignari, ex-  
 „tractis gladiis, absque ulla misera-  
 „tione ipsorum capita detruncabant.  
 „Tunc irruentes in Claustra diripie-  
 „bant omnia, domos succedentes,  
 „Ecclesias profanantes, diruebant  
 „altaria, spargebant reliquias, ex  
 „sacris vestibis concubinis et uxo-  
 „ribus redimicula praeparabant. . .  
 „Jam vero captarum praedarum non  
 „erat numerus, vel mensura. Quis  
 „existimaret innumerabilium equorum  
 „et coeterorum animalium multitu-  
 „dinem? quis divitias et thesauros?  
 „quis spoliorum copias infinitas,  
 „quibus hostes locupletati gaudebant?  
 „quanta erat captivitas virorum et  
 „mulierum, puerorum, et puellarum?  
 „. . . cum fama mali tanti celeri ubi-  
 „que percurrisset volatu, totus pene  
 „mundus intremuit, tantusque metus  
 „in omnes provincias incubuit, ut  
 „nulli videretur eorum se posse im-  
 „prias effugere manus.

LIV. „Rex cum paucis suorum, <sup>Regis Be-  
læ IV.  
fuga.</sup>  
„cumque aliqua parte thesauri ad  
„Ducem Austriae Fridericum, quo  
„Reginam, charaque pignora praeire  
„iussit, asylum quaesiturus, se re-  
„cepit: sed ab hoc turpiter et im-  
„pie delusus et exspoliatus a) ad  
„Croatiam, inde Tataris summa cum  
„velocitate insequentibus, ad Insulas  
„Dalmatiae refugit.

## LV.

a) *Dux Austriae Regem . . . petiit, ut Da-  
nubium transiret, ut ibidem securius qui-  
escere, et morari possit. Rex vero his  
auditis, tanquam innocens nihil mali su-  
spicatus, dictis Ducis acquievit. . . Et cum  
se Rex Scillam vitare crederet, incidit in  
Charybdim, et sicut piscis valens vitare  
frixorium, ne frigatur ad asandum, pro-  
jicit se ad prunas, credens malum effugere,  
invenit nequius. Nam Dux Austriae, a-  
stituta excogitata, cum Rege suum ad libi-  
tum potitus exstitit, ab eo quandam pe-  
cuniae quantitatem, quam dicebat olim a  
se per ipsum extortam fuisse, repetiit.  
Quid plura? Rex manus illius evadere  
nequivit, quousque partem ejusdem pecuniae  
in promptu, partim in vasis aureis et ar-  
genteis illi persolvit: pro parte autem tres  
Comitatus sui Regni, illius terrae conti-  
guos,*

Frisies  
sequelae

LV. Integro biennio foeda Tatarorum gens in Hungaria adhaesit, omnesque illius partes, prouti et Croatiam, Slavomiam, et Transilvaniam inauditis caedibus, rapinis, incendiis replevit, et funditus destruxit. Exceptis montanis superioris Hungariae partibus, tum tribus Comitatus, quos Dux Austriae occupavit, in toto Regno Hungariae tria tantum loca, Arx nempe *Strigonien-sis*, quam Comes *Sirneon* Hispanus cum suis *Ballistariis* insigni prudentia,

---

guos, illi obligavit. Et licet ipsa vasa aurea et argentea majoris fuerint aestimationis, tamen Dux illa solum in duobus millibus marcarum simul cum lapidibus pretiosis recepit. Dux autem illico castrorum illorum Comitatus corporali possessione est adeptus, et illa ex propriis pecuniis contra Tataros fecit reparare. Rogerius C. XXXII. Dux prospecto jam, quod Hungari essent unanimiter in fuga, sibi multos milites aggregavit, eos contra Hungaros in Hungariam transmittendo: et si Tataři ex illa parte Danubii destruebant, et ex ista Theutonici depraedabantur, et villas prout poterant, comburebant. Idem C. XXXIII.

ia et fortitudine defendit; *Alba Regia*, muris et paludibus egregie munita; et *Castrum S. Martini de Pannonia* (Monasterium S. Martini) Abbate loci vim vi strenue repellente, salva et illaesa manserunt. Omnes Civitates, Villae, Pagi, Arces, Ecclesiae, Monasteria in cineres redacta, vel everfa sunt, quodque aeternum deplorandum; publica Regni, et Regnicolarum Archiva in Capitulis, et Conventibus, juxta veterem Patriae morem securitatis causa constituta, cum innumeris Regum privilegiis, diplomatibus, aliisque nobilium familiarum documentis eodem tempore irreparabili cum detrimento combusta sunt. Numerus autem populi, qui gladio Tatarorum, fame, aliisque modis perivit a) aut

---

1) *Licet barbarica rabies totum Regnum Ungaricum immoderato gladio attrivisset; et vestigio tamen famis subsequuta perniciet miserabilem plebem tabe inediae devastavit: instante namque furore Tatarico non licuit Colonis miseris arvis semina tradere, non valere praeteritae mensis recolligere fruges.... jacebant pec-*  
*cam-*

aut ad captivitatem abductus est, omnem fidem superat: ut adeo recedentibus jam Tataris, quocumque aliquis pedem vertit, nihil nisi vastitas, et solitudo plurium dierum itinere occurreret, ipsaeque capitales viae utique adeo olim frequentes, herbis undique et gramine concretae conspicerentur. Hinc, licet Rex Bela IV. ad Regnum suum (si jam Regnum dicendum) post discesum Tatarorum redux, et convulsam omni ex parte Rempublicam restaurare aggressus, innumera Colonorum millia ex Moravia, Bohemia, Bosnia, Germania,

---

*campos, per vias innumera vulgi cada-  
vera, ut non minus credatur haec acerbitas  
inedia gentem Hungarorum devastasse,  
quam pestilens immanitas Tatarorum.  
Post haec vero rabidorum luporum multi-  
tudo quasi de diaboli caverna emer-  
sit qui non nisi humanum sanguinem siti-  
entes non jam occultis insidiis, sed palam  
irrumpebant in domos, et de matris  
gremiis parvulos rapiebant; nec solum par-  
vulos, sed ipsos etiam armatos viros facti  
agmine invadentes, saevis dentibus lacerab-  
bant. Thomas Archid. Hist. Salonit.  
C. XI.*

nia , ac ipsa adeo Italia, in Hungariam evocaverit; nunquam tamen ea ad pristinum populationis gradum, id, quod multa deferta (Praedia) hodieum inde ab eo tempore incolis vacua testantur, deduci potuit.

LVI. Atque haec est tragica <sup>Niala</sup> belli Tatarici historia, e coetaneis, <sup>haec i-</sup> ideoque fide dignis excerpta <sup>psis Hun-</sup> Scripto- <sup>garis ad-</sup> ribus, <sup>scribens</sup> <sup>da</sup> cujus memoriam ipsa plebs Hungara sub nomine Tatár - járása (Tartarorum incursio) hodieum retinet. Quodsi quis ad ea, quae sub principium hujus Periodi deduximus, animum reflectat, causas enormis, ac inauditae infelicitatis hujus non eoeco alicui fato, sed ipsis Hungariae Regibus, ipsis Hungaris adscribere cogetur. Hic enim jam tristis sane effectus inconsultae Regum prodigalitatís se se manifeste exeruit, dum Castris, eorumque territoriis máxima in parte donatis, publicoque Aerario exhausto, infelix Patria summo in periculo nec praesidiarii, neque nationális militis tutelam illam, qua olim superba fuit, habere potuit. — Hic luculentum enituit exemplum, quan-



quantopere Regibus amor populi; praesertim nobilioris partis, necessarius sit. Tristes enim sequelas haud satis prospiciens Rex Bela Cumanos advenas longe majori, quam indigenas subditos, studio prosequens animos nationis suae ita a se abalienavit, ut privatae magis injuriae, quam publicae salutis memores nec Regi ad arma eos vocanti debite paruerint, nec hosti ea fortitudine, qua oportuisset, resistere voluerint; imo vero multi imprudentes in antecessum quasi optaverint, ut Regi expeditio haec malevertat. — Hic evidenter patuit, quantopere Reges peccaverint, dum Ordinem equestrem, in quo uno salus totius Patriae sita fuit, Procerum factionibus opprimi, minus necessariis bellis atteri, luxu denique et mollitie diffluere siverunt.

Non Be-  
lae Regi.

LVII. Equidem sanctissimo, sapientissimoque Regi Belae praeter immoderatum erga Cumanos amorem (quem tamen ipsum multis e rationibus excusare licet) nullus eorum errorum, quos hactenus indicavimus, attribui potest. Imo vero certum est, eum

eum omnem conatum, vires omnes intendisse, ut quae inconsulta Antecessorum agendi ratione labefactata sunt, repararet, Bona a Castris avulsa revindicaret, rem militarem pristino vigori restitueret, praepotentiam Procerum refrenaret, Aerario denique Regio veterem redderet splendorem. Sed enim laudabiles hi conatus ferotini jam fuerunt, malo quippe ad eum deducto gradum, ut medicinae locus vix ullus relictus fuerit.

LVIII. Sed nec Successores **Be-** Stephanus V.  
A. 1270.  
lae Regis per decursum integri et amplius seculi sive propria culpa, seu inevitabili fato dissolutam Reipublicae Hungaricae compagem refarcire potuerunt.

Stephanus enim V. **Belae** Regis filius propter bellum improspere cum **Ottocharo** Bohemiae Rege gestum consumptus, altero jam regiminis anno, ac in ipso aetatis flore ex hac vita decessit.

Huic filius **Ladislaus** IV. Ladislaus IV.  
A. 1272. cognomento **Cumanus** (**Kun-Laszló**) per-  
H di.

ditissimae vitae Princeps successit, qui pessimis suis moribus et exemplis Hungariam vix caput attollere incipientem denuo praecipitem egit. Cumanis enim, spretis Hungaris, usque adeo totum se addixit, ut et mores eorum praeferre, et amictum ad ejus gentis normam paratum gestare, et aulica, publicaque munera, ipsiusque adeo Aerarii Regii administrationem tantum iis concedere, denique iis unice Consiliariis uti, imo vero, repudiata Isabella lectissima Conjugē sua, magnum Cumanarum pellicum numerum in thorum Regium inducere veritus non fuerit. Hinc vero infinita malorum seges in infelicem denuo Hungariam redundavit. Nam inter Cumanos et Hungaros acerrimum bellum, in quo praestantissimi milites periverunt, victoria tamen penes Hungaros manente, exarsit. Proceres nonnulli, ac nominatim Joannes de Osl, Comes de Gissing, tum Matthaeus de Trencsinio, vilem Regem aspernantes, Regnum inter se partiri, ac tyranidem manifeste arripere non dubitarunt. Tatarorum infinita pene colluvies a

-Cumanis evocata denuo Hungariam us-  
 que ad pomoeria Civitatis Pestiensis  
 igne et ferro devastavit, quae tamen mi-  
 ra subinde Dei providentia per inedi-  
 am, luem, morbosque maximam partem  
 „extincta est. Urosius Serviae Princeps,  
 „et Rufsiae rubrae Duces Regem Hun-  
 „garum adeo abjectis moribus praedi-  
 „tum detestati in libertatem se se af-  
 „seruere. Maritimae Dalmatiae Urbes  
 „plurimae, desertis Hungarorum par-  
 „tibus, Venetorum societatem sunt  
 „amplexae. Albertus denique Au-  
 „striae Dux praeter Sopronium et  
 „Ginsium insuper XXVIII. alias Ci-  
 „vitates ac Oppida, nemine pro vi-  
 „ribus resistente, occupavit, Austriae-  
 „que finibus adjecit. d) Tot tan-  
 „tasque inter caedes et rapinas, bel-  
 „laque et extus illata et in ipsis  
 „etiam visceribus defaevientia com-  
 „plures Nobilium familiae, generis  
 „antiquitate et opibus aliquando flo-  
 „rentes; ad extremam devenere ege-  
 „statem; Viri olim clarissimi, et ge-  
 „stis

H 2

a) Palma Not. Rer. Hung. P. I. ad an-  
 num 1286 et 1289.

„stis in Republica muneribus confpi-  
 „cui rus colere, manuumque labore  
 „quotidiano victui necessaria compa-  
 „rare sunt coacti; et quia plurium  
 „annorum spatio continuatae rapinae  
 „quasi jam civitate donatae erant,  
 „tanta cujusvis generis jumentorum  
 „penuria ad extremum enata fuit,  
 „ut, cum pecudes deessent, homi-  
 „nes ipsi earum loco carros (*duabus*  
 „*duntaxat rotis constantes*) impelle-  
 „rent; quod vehiculorum genus in  
 „perpetuam Ladislai Regis, commu-  
 „nis ejus calamitatis auctoris, me-  
 „moriam *Currus, Ladislai Regis vul-*  
 „*gus appellavit. a)*

Sed divina nemesis, mira qua-  
 dam rerum vicissitudine, impium,  
 totque malorum auctorem Regem de  
 medio fustulit; quem cum nec fre-  
 quentes Procerum preces, nec pater-  
 na summi Pontificis monita, nec vi-  
 cinorum Principum adhortationes, nec  
 continuata mala, quae Monarchiam  
 Hun-

---

a) Idem loco citato. Thuroczius Chronic.  
 C. LXXXI.

Hungaricam opprimebant, ad frugem reducere potuissent, tandem Cumanorum manu, quorum potissimum causa ad tot, tantaque scelera prolapsus est, obtruncatus, anno 1290. vivere desiit.

Ladislao IV. nullam post se Andreas III. A. 1250. bolem relincente, Andreas III. Venetus dictus, unamini Statutum et Ordinum voto Coronam Hungariae obtinuit. Sed Proceribus, praesertim Gregorio Strigoniensi Archiepiscopo, varias in Regno factiones concitantibus, nullaque justa de causa, eo de throno deturbato, Carolum Martellum, Caroli II. Siciliae Regis et Mariae Hungarae, Ladislai IV. Sororis, filium intrudere adnitentibus, decennale ejus Regimen plenum turbarum fuit. Rex pius, justique alias amantissimus anno 1301. prae dolore animi decessit, et cum eo virilis stirps Regia Arpadiana extincta est.

Post hunc *Wencestaus*, ejusdem Wencestaus A. 1301. Otto-Bavarus. A. 1305. nominis Poloniae et Bohemiae Regis filius, tum Otto Dux Bavariae factio-

ctione quorundam Procerum Reges proclamati, dum vix per sexennium in solio Hungarico sedissent, prior quidem spontanea abdicatione e Regno excessit, alter vero a Ladislao Vaivoda Transilvaniae captus, corona spoliatus, et e Regno pulsus est.

Conclu-  
sio.

LIX. Atque ita finita est secunda Regni Hungariae Periodus, cujus tristia fata paulo prolixius recensere placuit, ut Lectores, facta aequanimi rerum collatione, apud animum suum dijudicare possint, quibus adjuventis Hungaria in prima Periodo ad summum splendoris, felicitatisque apicem pervenerit; tum quibus ex causis sensim elanguescens, in secunda Periodo pene ad interitum deducta fuerit. Utrumque autem documento nobis erit, quantum ad Regna constabilienda, et ad summum fortunae gradum evehenda Regum prudentia, concordia populi, et continuis nutrita fomentis virtus militaris momenti adferre, contra autem horum neglectus quantis Rempublicam calamitatibus involvere possit.

## PERIODUS III.

*Ab anno 1308 usque 1516.*

### HUNGARIA RESURGENS.

LX. **H**ungariae Regnum, quod **Di-**<sup>Carolus Robertus</sup>  
 vus Rex Stephanus ultimis vitae suae  
 momentis supremo Numini in Coro-  
 na Antistitum et Procerum tanto cum  
 ardore commendavit, eidem singu-  
 lari omnino curae fuisse, et esse,  
 praesens Periodus, quae a Carolo  
 Roberto initium sumit, et cum Ula-  
 dislao II. desinit, sat superque te-  
 statur. Nisi enim divina bonitas,  
 tam illustres, et veterum quorumcun-  
 que temporum heroibus merito aequi-  
 parandos Reges, Carolum, Ludovi-  
 cum, Sigismundum, Mathiam Corvi-  
 num, tum Belliduces Joannem Hun-  
 niadem et Michaellem Szilagyi. ex-  
 citasset, actum jam pridem con-  
 clamatumque de Monarchia Hunga-  
 rica



rica fuisset. Enimvero, vel in partes divisa jugum vicinorum Principum ferret, vel praeda Portae Ottomanicae facta, eandem sortem, quam nunc florens olim Graecia, Bosniaque et Servia, experiretur. Nos gesta singulorum Regum summis tantum digitis attingemus, ac ubique iis praecipue, quae ad rem militarem, ejusque coordinationem pertinent, pro suscepti a nobis operis instituto immorabimur, ostendemusque, quibus potissimum subsidiis Hungariae ultimae, ad quam properabat, ruinae erepta, et restaurata ad summum denovo florem pervenerit,

Corona-  
tur

LXI. Carolus Robertus, filius Caroli Martelli, qui e Carolo Rege Neapolis et Maria, filia Stephani V. Hungariae Regis, prognatus fuit, Coronam Hungariae, decem integris annis incassum quaesitam, communi Statuum voto et acclamatione anno 1309. obtinuit. Pulcra novi Regis species, excelsa indoles, et sanguinis e Gallica, Austriaca, et Hungarica Regum prosapia deducti nobilitas jam tum magnum aliquid praefagebat, ut

ut nemo fuerit, quin electionem hanc universo Regno, perutilem futuram sibi persuaderet.

LXII. Nec vero communem populi <sup>Omnium amorem sibi conciliat,</sup> expectationem fefellit Robertus. Plurimum enim annorum decursu in Hungaria, Croatia, et Dalmatia moratus, statum Regni, morbosque suismet ipse oculis vidit, et, quid bonum Regem facere, quid vitare oporteat, diuturna cogitatione didicit. Et ideo instaurando ex fundamento Regno mox post inaugurationem manus admovit. — Prima ejus cura fuit, ut rara erga omnes affabilitate gravitati mixta, incredibili, quae in omnibus ejus actionibus emicuit, aequitatis studio, prudente liberalitate, indefessa pro communi omnium Civium utilitate cura, integra in servandis cujusque Status privilegiis fide omnium sibi amorem, fiduciam, et existimationem procuraret. — <sup>Discordias Procerum componere</sup> Praeoccupatis hoc modo cunctorum animis difficile ei jam non fuit, privatas Procerum discordias componere, eosque sensim a proprii lucri cu-

pidine ad communem Patriae amorem traducere.

Avulsa  
coronae  
Bona re-  
vindicat.

LXIII. Quemadmodum iis ipsis Comitibus, quibus Rex salutatus est, suo studio et opera effecit, ut in eos, qui Bona de jure et consuetudine ad Reges vel Reginas pertinentia, ac in communi illa sub ultimis Regibus rerum confusione direpta intra praefinitum tempus Fisco Regio restituere negligenter, a Statibus quidem in Comitibus congregatis perpetua infidelitatis nota, a Legato vero Pontificio *F. Gentili* sententia excommunicationis, et interdicti ferretur, ita ad effectum hujus statuti procurandum totis viribus incubuit. Et vero non defuere complures Procerum, sive poenarum metu percussis, sive conscientiae stimulis incitatis, qui Bona minus aequo jure acquisita ultro reddidere. Unicus obstitit Comes Matthaeus Thrensinien- sis opibus et numerosae suae militiae confidens, quem Carolus armis aggressus prope vicum Rozgony commisso cruento praelio vicit, magnaeque ditionum parte mulctavit.

Rebellen  
domat.

Inde

LXIV. Inde ad instaurandum Aerarium <sup>Aerarium Regium restaurat,</sup> conversus monetam Hungaricam, sub inordinata ultimorum Regum administratione depravatam, novis denariis e. sinceræ probitatis argento procuris, cunctis aliis autem intermixto profligatæ notæ metallo adulteratis e Regno proscriptis; ad Belæ I. puritatem revocavit, imo primus monetam auream Hungaricam excudi fecit. Quem in finem in diversis Regni partibus mensas camporias constituit, ubi veteres denarii cum novis, cum aliquo lucro Camerae, permutarentur. a) Ita etiam abolitæ veteribus tributis, quæ Divus Rex Stephanus constituit, quæve sub regimine Successorum ejus jam aucta, jam imminuta fuerunt, et modo *Denarii libertatis*, modo *Mardurinae*, modo *Collectas* vocabantur, constituit unicum sub nomine *lucris Camerae* tributum, denarios nempe 18 (qui juxta opinionem Scriptorum tribus marianis æquivalent) de singulis portis, *per quas currus cum foeno vel*

---

a) Vide Decret. in codice Juris Patrii.

*vel frugibus oneratus intrare potest, et exire, id est: de qualibet sessione integra, prout Decret. Ludov. I. Art. 4. explicatur, dependendos: a) Hinc portarum nomenclatio in reparatione Contributionis in hanc usque diem mansit.*

Porro non levem inde Aerario suo Regio procuravit accessionem, quod Archiepiscopus quidem 200, Episcopus vero 50 marcas auri quotannis ad Aerarium Regium Xenii titulo dependere jussit, quam rem Clero ingratam accidisse, Literae ejus ad Benedictum XII. exaratae, plenae querelarum, satis demonstrant. b) Ob hanc tamen causam Clerum a veteri militandi onere sublevatum fuisse, tum justitiae sapientissimi Regis consentaneum esse videtur, tum ex Decreti Alberti Regis Anno 1439. Art. 19. non obscure deduci potest.

LXV.

a) Eodem in Decreto.

b) Vide Cl. Praij Annal. Reg. Hung. P. II. L. I. ad A. 1338.

LXV. Rem militarem sub pri- Rem mi-  
litarem  
excolit.  
oribus Regibus convulsam summo stu-  
dio restaurare conatus est. *Copias  
quidem certe teste Ranzano, instructas  
et expeditas non solum bello, sed pa-  
te quoque semper habuit, ut quoties  
rerum exigeret necessitas, praesto es-  
sent.* a) Grata etiam Nobilitas du-  
plicatis studiis, quoties necesse fuit,  
contra hostes ivit; hanc enim, sicut  
sacramento tempore Coronationis edi-  
to se obstrinxit, *in approbato et an-  
tiquo jure constanter servavit, atque  
a tyrannorum oppressione eripuit.* His  
viribus munitus rebellem Matthaeum  
Threncsiniensem domuit; seditiones  
quasvis domesticas oppressit: Russi-  
am rubram a Tatarorum incursionibus  
vindicavit; ab omnibus deni-  
que vicinis constantem, quoad vi-  
xit, Hungariae pacem procuravit.  
Ut autem illa a domesticis etiam  
turbis et seditionibus, quas saepenu-  
mero *Cumani, Ismaelitae, Tatari* Seditio-  
num fon-  
tes colit.  
et *Neugarij* Hungariae incolae, Re-  
ligione, ritibus et moribus a cetero  
po-

a) Epitome rerum Hung. indice XVIII.

populo dispares, non raro concitata-  
 verunt, tutam deinceps liberamque  
 redderet, "submissis Evangelii prae-  
 ,,conibus, omnique industria per plu-  
 ,,res annos adhibita, id demum effe-  
 ,,cit, ut ad Christiana Sacra tradu-  
 ,,cerentur,, et sic cum natione Hun-  
 garica actiori nexu jungerentur. a)

Summam  
 gloriam  
 tibi pro-  
 curat.

LXVI. Haec paulo prolixius  
 recensenda videbantur; revera enim  
 Carolus Robertus alter Hungariae  
 Conditor dici potest. "Regnum enim  
 ,, suum prudentia, rebusque fortissime  
 ,, gestis non conservavit modo, tuta-  
 ,, tusque est, sed auxit etiam pluri-  
 ,, mum -- sua namque ditone tenuit  
 ,, Dalmatiam, Croatiam, Serviam,  
 ,, Lodomeriam, Russiam, Culmiam,  
 ,, Bulgariam, Bosnam: vixit christia-  
 ,, nissime, ideoque multis Christiano  
 ,, homine dignis virtutibus ornatus,  
 ,, inter orbis Principes non mediocri-  
 ,, ter enituit. " b) Unde mirum non  
 est,

a) Cl. Palma Notit. Rer. Hung. P. II. ad  
 annum 1342.

b) Ranzani, loc. citat.

est, si tantus fletus, tanta lamenta Praelatorum, Procerum, Baronum, Nobilium, Virginum, Dominarum, et ejusvis status et conditionis hominum a) illo trigesimo secundo regiminis anno mortuo, toto in Regno perforerunt.

LXVII. Si Carolus Robertus nihil unquam illustre fecisset, jam vel eo solum nomine aeterna recolendus esset memoria, quod tanti nominis filium, Ludovicum successorem reliquerit. Nullo sub Rege Hungaria felicior fuit, nec tam diuturna pace ac tranquillitate, (unam si M. Theresiam excipias, quae aequae ita, ac Ludovicus 40 annis regnavit) gavisata est. — “Fuit Rex Ludovicus Ejus virtutes, animi magnitudine, religione, atque alius multis Christiano Principe

a) Chron. Thurocz. P. II. C. XCIX. Ad cetera illustris hujus Regis decora illud etiam pertinet, quod is ordinem illum judicarium, qui usque ad nostra tempora, paucis mutatis perduravit, e Gallia adoptatum in Hungariam intulerit, *Vide Tripart. P. II. Tit. 6.*



„pe. dignis virtutibus, parenti non  
 „modo simillimus, sed etiam par.  
 „Paternum Regnum et gloriam con-  
 „servavit et auxit. Bello et terribi-  
 „lis, et fortissimus, pace mitissimus,  
 „a) prudens et largus admodum,  
 „scientia literarum clarus, pius in  
 „Religione Catholica, in pauperes  
 „munificus. -- Regna sua, terras, et  
 „subjectas sibi nationes in suis liber-  
 „tatibus, consuetudinibus, et legibus,  
 „in bona pace et tranquillitate con-  
 „servavit: Ecclesias Regni in suis  
 „juribus et libertatibus tenuit, et in  
 „temporalibus bonis augmentavit: ut  
 „adeo propter virtutum perfectionem  
 „etiam apud Barbaros summe dile-  
 „ctus, nomen suum apud multas na-  
 „tiones exaltaverit. b)

Leges. LXVIII. Rempublicam Hungaricam  
 sapientissimis legibus constabilivit. Il-  
 le observans Nobiles et ignobiles ni-  
 mium aggravari, (Dec. Art. 4.) te-

a) Ranzan. Epit. Rer. Hung. indic. XIX.  
 b) Chronic. Thurocz. P. III. C. XXXIX.  
 L. III.

lonia sicca fustulit, et tantum ad pontes et naves restrinxit; ille, (Art. 10. et 19.) filios, fratres, sorores, uxores, aliosque cognatos condemnatorum; propter horum crimina ulla ratione aggravari prohibuit; ille (Art. 11.) decrevit, ut omnes Nobiles una eademque libertate gauderent; ille (Art. 13.) constituit, ne Reges Bona Nobilium; in quibus minerae reperiuntur; absque aequivalente compensatione adimerent; Colonos contra omnem vim, et oppressionem defendit, neve fraudibus Iudaeorum ad incitas amplius redigerentur; ipsos Iudaeos e Regno exegit: a) Nobiles vero (confirmata Andreae II. Bulla aurea\*) in avitis suis libertatibus; et privilegiis nullo non tempore conservavit. Quod plus; ut Reip. tanto magis, et facilius servire possint, *Nonam* omnium frugum et vinorum; quae in fundis colonialibus procreantur; partem (Art. 6.) iis concessit.

LXIX.

\*) Chronic: Thurocz. P. III. c. XLII.

Vi-  
tue  
militaris.

LXIX. Ut autem, quo loco res  
militaris sub Magno hoc Rege consti-  
tuta fuerit, lectores cognoscant, ele-  
gantem Cl. Palma descriptionem, ex  
Chronico Thuroczii ut plurimum de-  
sumtam subjungere operae pretium  
existimamus. Quemadmodum (verba  
„ sunt laudati Auctoris ) prudentiae  
„ politicae, ita etiam scientiae, ac  
„ virtutis bellicae laude prae Praede-  
„ cessoribus suis Hungariae Regibus  
„ claruit *Ludovicus*, quam reportatae  
„ de tot hostibus victoriae, totque  
„ Provinciae sub Sacrae Coronae Hun-  
„ garicae jugum missae, fatis superque  
„ testantur: -ut non modo Imperii sui  
„ fines adversus hostes tueri, verum  
„ etiam bellum, cum opus erat, non  
„ sine certa successus spe inferre pos-  
„ set, inaudito ad eum diem apud  
„ Hungaros exemplo, copias suas ad  
„ ducenta armatorum millia adduxit.  
„ Ex his potior semper pars equitibus  
„ constabat, cum quod Gens Hun-  
„ gara innata quadam propensione ad  
„ equestrem ferretur militiam, tum  
„ vero quod itinera celerius per equi-  
„ tes confici, ac tam victui necessa-  
„ ria, quam impedimenta his commo-  
dius

„dus possent deportari. Pars mili-  
 „tiae hujus e Praelatorum, Baronum,  
 „et Comitum perpetuorum Banderiis,  
 „e Servientibus item Regni Nobili-  
 „bus, et Castri Jobagyonibus ad ar-  
 „ma semper paratis constabat, qui-  
 „bus, quamdiu intra Monarchiae li-  
 „mites erant, nulla ex Aerario prae-  
 „bebantur stipendia, quae nonnisi  
 „tum, cum foris bellum gerebatur,  
 „vi Bullae aureae Andreae II. acci-  
 „piebant. Praeter hanc, quam do-  
 „mesticam vocare libet, militiam  
 „multae praeterea ex Hungaris, et  
 „Germanis stipendio conductae erant  
 „legiones, quas semper in promptu  
 „esse, belloque initium facere oportuit.  
 „Indicto semel bello, id sibi  
 „proprium, ac peculiare habuit Ludo-  
 „vicus, ut priusquam hostis anno-  
 „nam auferendi, pecoraque et pecu-  
 „des abigendi tempus nanciscere ur,  
 „ipse summa cum celeritate exerci-  
 „tum in hostilem ditionem traduce-  
 „ret, quo quidem duo obtinuit: ut  
 „militem nullo, aut levi sumtu in  
 „hostico aleret, ac praeterea belli  
 „incommoda a subditis suis quam  
 „longissime removeret. Si bellum  
 I 2 dif.

„difficilius fore praevidebat, hostem  
 „nil tale ominantem geminis e par-  
 „tibus aggredi solebat, qua arte et  
 „Valachos profligavit, et Venetos  
 „totius, qua late patet, Dalmatiae  
 „dominatu exiit: praeterea cum na-  
 „vali apparatu destitutum se esse cer-  
 „neret, idmodi foederatos sibi op-  
 „portunos adjunxit, qui mari interea  
 „hostem lacefferent, atque distrahe-  
 „rent, dum ipse terra rem totis age-  
 „bat viribus. Plerisque, saltem gra-  
 „vioribus, difficilioribusque bellis prae-  
 „sens interfuit, atque cum Ducibus,  
 „tum militibus exemplo suo virtutem  
 „inspiravit. Ducum militarium, qui-  
 „buscum fere adoleverat, dotes in-  
 „signiter habebat perspectas, atque  
 „idcirco tales copias praeficiebat, que-  
 „is nec scientia militaris, nec for-  
 „tuna deesset. Supremi etiam militiae  
 „Praefecti si lentius, segniusve rem  
 „agere videbantur, nulla interposita  
 „mota, copiarum imperio dejicieban-  
 „tur. - - - Quo suorum animos ad  
 „ardua quaeque fortiter aggredienda  
 „paulo vehementius inflammaret, non  
 „una vice in medios intrepidus ir-  
 „ruit hostes, vitamque praesentissime

„ex-

„expofuit discrimini; quae res apud  
„Duces aequae, ac milites de tanti  
„herois falute follicitos graviffima  
„interdum murmura concitavit. Sic  
„jure sibi videbantur conqueri, cum  
„anno 1350 *Ludovicus* imperato  
„fuis afultu, appofita fcala, primos  
„inter Canufii moenia confcendit;  
„aut cum ad *Averfanam* Urbem, e-  
„rumpentibus magno impetu obfef-  
„fis, primus omnium pectus oppo-  
„fuit, gravi utrobique vulnere fau-  
„ciatus. Non Dux folummodo, et  
„miles, verum etiam pignantium  
„virtutis testis, et arbiter, neminem,  
„qui praeclarum aliquod in praelio  
„facinus ediderat, indonatum abire  
„sivit: obfcuro loco natoa eapro-  
„pter nobilitate, Nobiles autem opi-  
„bus, et honoribus auxit: quamuni-  
„ficentia id obtinuit *Ludovicus*, ut  
„miles vitae prodigus nunquam nifi  
„profligato hofte ex acie excederet;  
„videbant nempe finguli, non defu-  
„tura virtuti fuae praemia, certi non  
„folam fe recte factorum gloriam,  
„verum etiam mercedem filiis,  
„posterisque transcripturos, queis

„ ipsi quoque ad paternae virtutis  
„ imitationem accenderentur a)

Trium-  
phi.

LXX. Hac militiae coordina-  
tione tot stupendas ille reportavit  
victorias, Regnumque Hungariae tot  
Regnis et Provinciis adauxit. Enim-  
vero *Saxones Transilvanos*, consue-  
tos census, et jura regalia denegan-  
tes, edomuit: *Valachos*, qui sub Ca-  
rolo I. clientelae Hungaricae se sub-  
traxere, ad obsequium revocavit:  
caedem fratris sui Andreae vindica-  
turus, Regnum Neapolitanum occu-  
pavit, hoc vero, summi Pontificis  
interpositione motus, dimisso, Prin-  
cipatum Salernitanum, ac *honoris mon-  
tis S. Angeti* retinuit: *Russiam Ru-  
bram* (quam nunc Galliciam et Lo-  
domeriam dicimus) a Lithuanis libe-  
ratam, Casimiro Poloniae Rege mor-  
tuo, Hungarici Regni finibus ad-  
junxit: *Moldavos* devicit, et ad cen-  
sum annum Hungaris denuo pen-  
dendum coegit: *Bulgariam* sub jugum  
mi-

---

a) Palma de gestis Ludovici I. P. II.  
§. XXX.

misit: *Bosniam* ad obsequium revocavit: denique *Dalmatiam*, victis Venetis, una cum insulis, fortissimisque, et commercio maritimo exercendo maxime opportunis urbibus, *Nonu*, *Jadra*, *Scardona*, *Sibenico*, *Spalato* et *Ragusa*, felicissime recuperavit. Ut adeo Ludovicus merito *Magni* titulum obtinuerit, dignusque fuerit, quem grati Hungari, et vivum summo amore prosequerentur, et mortuum integro triennio summo dolore, et luctu deplorarent.

LXXI. Ludovico absque herede masculino mortuo, Hungari *Mariam*, filiam illius, Sigismundo Marchioni Brandeburgiae, Caroli IV. Rom. Imperatoris filio, desponsatam, Regem Hungariae festivas inter acclamationes promulgarunt. Prospera Regni illius initia fuerunt; sed imbellis mulier, praevia Palatini *Gara*, vaferrimi hominis consiliis, in transversum acta, manifesta diffidentiae signa erga reliquos Proceres ostendere, eorum consilia dedignari, multos e subselliis deturbare, nec paucos, teste *Ranzano*, bonis suis privare coepit.



Carolus  
II.

Ea res Hungaros, amari assuetos, vehementer pupugit, ut adeo gravissimis inde seditionibus abortis, nonnullorum Procerum factione *Carolus* *Parvus*, Ludovici Ducis Dirrachini filius, Neapoli Budam deductus, et Corona insignitus fuerit. Sed brevi tempore Regnum infelicis Principis duravit. Quadragesimo enim a Coronatione die, *Elisabethae* *Viduae* *Reginae*, et *Palatini* *Gara* consiliis, a *Blasio* *Forgáts* Cubiculariorum Regalium Magistro crudeliter interfectus, *Vissegradii* obiit. Fautores occisi Regis, praesertim *Joannes* *Horvathi*, *Banus* *Machoviensis*, vindictae studio accensi, cum forte *Regina* *Maria* cum *Matre* sua *Elisabetha* partes *Slavoniae* peragraret, facto in eam impetu, viae *Comites* *Palatinum* *Gara*, et *Blasium* *Forgáts* occiderunt, ambas autem *Reginas* in captivitatem abduxerunt.

Sigismundus.

LXXII. Fatali nuncio accepto *Sigismundus* *Marchio* in *Hungariam* cum exercitu properans consensu majoris partis Procerum coronatus, reductaque *Sponsa* sua *Maria* in com-  
mu-

munione Regni constabilitus, memorabilem de perduellibus vindictam fumsit. Variis deinde per aliquot annos exercebatur fatis, donec Romani Imperii, Regnique Bohemiae Corona redimitus, aucta taliter potentia, tum insigni sua pietate et prudentia, qua cunctis rebellibus vitae, et bonorum gratiam publica Lege a) concessit, eorum etiam, qui dissidebant, animos sibi conciliafset.

LXXIII, Restituta ita Regno <sup>Ejus</sup> <sup>Et</sup> <sup>67.</sup> universo pace totum se deinceps Hungariae ordinandae, ornandaeque dedit. Sex illa Decreta, quae in Corpore Juris nostri inserta leguntur, insignem gubernandi artem, qua praestantissimus hic Princeps praeditus fuit, fat, superque docent. Sapientissimis illius Legibus res politica non minus, ac judiciaria egregie coordinata, Aerarium vero Regium novis accessionibus auctum locupletatumque fuit. Ad peculiaria autem illius in- <sup>Peculia-</sup> <sup>ria Insti-</sup> <sup>tuta.</sup> stituta scientiarum Academia Budae

I 5

col-

a) Vide Sigismundi Decret. I. Anno. 1404

collocata: ordo equitum Draconis sub SS. *Georgii* Equitis, et *Barbarae* Virginis titulo et patrocinio institutus: Buda superbissimis aedificiis, inter quae Palatium Regium, Romanam referens antiquitatem, eminuit, exornata, murisque cincta: multae per Hungariam Civitates erectae, et moenibus circumdatae: denique plurimae in confiniis Arces vel de novo excitatae, vel a privatis Dominis redemptae, validoque militum stipendiariorum praesidio communitae pertinent, quae omnia Cl. Palma more suo eleganter in Notitiis Regum Hungariae, ac nominatim, dum de Sigismundi Regis gestis agit, §. XX. XXI. et XXII. recenset.

Res mi-  
licaris  
ordiuata

LXXIV. Neque minori studio rei militari ordinandae manus admovit. Id vero cum primis necessarium fuit. Castris enim Regiis per summam Regum quorundam prodigalitate, uti in II Periodo narravimus, abalienatis, militibusque Castrensibus maxima in parte dispersis, aut in numerum Nobilium relatis, tota militandi ratio immutata est. Reges pristinum

An-

Antecessorum suorum errorem fero nimis observantes aliis institutis eum supplere conabantur. Ita Archiepiscopis, Episcopis, Praepositis, Monasteriis, tum Proceribus iis, quibus Castra Regia cum adnexis territoriis collata fuerunt, onus certum militum numerum, sive *Banderia* sustentandi, renovata veteri lege, impositum fuit. Cumque nec hoc modo de sufficiente milite Regno provisum fuerit, Reges ultro progressi sanxerunt, ut Nobiles possessionati pro ratione vel Subditorum, vel proventuum milites statuunt. Sed nec hoc adhuc satis esse, propria haud raro experientia didicerunt. Quid ergo remedii? miseram Nobilitatem, quamvis saepe jam ad incitas redactam, et ideo reluctantem ad quaevis bella, etiam remotissima traxerunt, et sic has etiam ultimas Regni vires sacrificare coacti sunt. Omnia haec sine certa, et determinata regula agebantur, aliis Regibus plus, aliis minus praetendentibus, prout nempe necessitas aut majores, vel minores hostium vires exigebant.

Infirre-  
ctio re-  
gulata,

LXXV. Primus fuit Sigismundus, qui in Comitibus anno 1435 celebratis leges militares ordinate tulit, certamque normam ea in re deinceps servandam, Statuum et Ordinum consilio, et voto, praescripsit. Leges hae, tanquam fundamentales considerandae sunt, atque ideo paulo diligentius a nobis, aliquot redactae in articulos, pertractabuntur. Constitutum itaque est :

Imo. Ut Rex propriis Aerarii sui expensis finitimas Regni Arces muniri, et pro defensione Regni sufficientem militiam *Stipendiariam* constanter servare, armisque, et aliis necessariis providere teneatur. a)

ado.

---

a) Decret. V. a. 1435. *Onus infrascriptum sponte imo ex debito Regali in nostras Regias curas, et expeditiones duximus assumendum.*

*Videlicet, ut Civitates et Castra sub-scripta: Civitatem et Castrum Posoniense; Civitates Tirnaviensem, Szokolcza; Castrum Threncsiniense, et alia Castra, ac munitiones, et Fortalitia in confinio Moraviae, et juxta fluvium Wagh situa-  
ta,*

2do. Quodsi major esset vis hostium, quam ut Stipendiaria Regis militia eos ab invasione finium Regni prohibere possit, tali casu Praelati cum suis Banderiis, Comites Parochiales (supremi Comites) cum Baronibus, Proceribus, et Nobilibus in iisdem Comitatus degentibus, horumque Gentibus in auxilium venire, et sub Banderio Regio pugnare debeant. a)

glio.

*ia, quemadmodum tam in ipso ex parte Bohemiae, quam in aliis omnibus confinibus et metis Regni nostri, ex quacunque parte apud Nostras Regias manus habita, et in futurum quovis eventu, et casu eisdem Nostris manibus applicari contingentia, Nostris sumptibus Regalibus, contra quempiam Boemorum, et alias undecunque malorum emergentium, maniemus, et tutabimur sufficientibus gentibus, armis, et victualibus, aliisque necessariis, tam pro conservatione vel defensione Castrorum, etmunitionum in se, quam ad tuendos campos, et defendenda circumjacentia campestria, contra quosvis insultus hostiles occurrentes.*

\*) Eiusd. Dec. Art. I. Si autem tanta potentia inimicorum irrepserit, quod major foret viribus gentium nostrarum Imperat-

lium,

de singulis 33 Colonis, propriam sessionem habentibus; unum, de singulis autem 100. Colonis tres milites necessariis armis proviso statuunt.

Quodsi quis 33. Colonos non haberet, ejus Coloni cum aliorum Colonis connumerentur, et sic praedicta proportione milites statuuntur. a)

4to. Nobiles Colonis carentes propria in persona insurgant, seque cum Dominis suis, eorumque Banderiis: qui autem Nobiles nullum Dominum haberent, cum Comite Parochiali conjungant, suis, vel Domini sui expensis militaturi. b)

5mo.

a) Ejusd. Decret. Art. 2:

b) *Ceteri denique Nobiles Jobagyonibus carentes singulariter propriis in personis, hi videlicet, qui Dominos habere dignoscantur, sub quorum nominibus, et expensis exercituare solent, cum eorum Dominis ac gentibus, seu Banderiis: alii autem hujusmodi Dominos non habentes, de propriis*

5to. Si duo, aut plures indivisi, et in eadem domo viventes fratres essent, unicus ad bellum proficisci teneatur. a)

6to. Quamvis Barones, Proceres, et Nobiles ipsi in persona insurgant, quamvis item aliqui eorum ratione dignitatis, aut salarii, quod a Rege percipiunt, certum numerum militum statuunt, tamen etiam de singulis 33 Colonis suis, (§. 3.) unum militem, aut de centum ternos sub signum Comitis Parochiani mittere obligentur. b)

7mo. A personali nihilominus insurrectione eximantur:

a)

---

*priis eorum possessionibus, domibus, et in expensis suis cum eorum Comite Parochiali (illis tantum exceptis, qui decrepitae aetatis, viduitatis, aut orphanitatis, et alterius consimiliter impotentiae causa necessario viderentur excusari) similiter pro sua facultate condecenter armati, et dispositi, exercitualmente proficisci teneantur. Dec. eod. Art. 3.*

a) Art. 4.

b) Eod. Art.

K



- a) Scnes.
- b) Viduae, orphani, impotentes.
- c) Castellani, aut alii Nobiles, qui pro custodia fortalitorum ad Praelatos, Barones, aut Nobiles pertinentium necessarii sunt.
- d) Officiales Baronum et potentiorum Nobilium, pro eorundem servitio inevitabiliter necessarii. a)

8vo. In singulis Comitibus una nobilis persona deputetur, quae mutua cum Judice Nobilium opera Colonos omnium, eo in Comitatu Bona possidentium, conscribat, Registrum formet, ejusque copiam Comiti Parochiali tradat. b)

9no. Indicta generali Infurrectione quilibet, qui juxta praemissa obligatur, die, locoque praescripto una cum suis gentibus compareat. Qui vero vel tardius veniret, vel prorsus emaneret, aut ante finem expeditionis discederet, ejus possessiones occupentur, de quibus quid agendum

---

a) Art. 3. et 5.

b) Art. 6.

dum sit, Regis erit, auditis Prae-  
latis et Baronibus, constituere a)

10mo. Exercitantes tempore  
aestivo in pagis et fegetibus descen-  
sum non faciant, sed in vacuis cam-  
pis; fegetes pedibus equorum non  
conculcent, damna non inferant, nec  
quidquam, praeter gramen non fal-  
catum, ligna, et aquam, absque solu-  
tione accipere attentent. b)

11mo. Antequam exercitus ve-  
niat, Comitatus aequum rerum qua-  
rumvis pro victu militum, et pabulo  
equorum necessariarum pretium sta-  
tuant. c)

12mo. Tandem modus praescri-  
bitur, quomodo, et coram quo Foro  
damnorum ab exercituantibus illato-  
rum compensationem laesi, et dam-  
nificati quaerere debeant. d)

K 2 LXXVI.

- 
- a) Art. 7.  
b) Art. 8.  
c) Art. eod.  
d) Art. 9.

Debiliores  
civium  
pars de-  
fensa.

LXXVI. Antequam de Sigis-  
mundo finem faciamus, non possumus non providam illius curam, quae debiliorem partem Regni incolarum contra vim et insultus potentiorum tueri conabatur, justis laudibus extollere. Eo enim nonnulli e Prae-  
latis, Baronibus, Proceribus, potentioribus Nobilibus, imo Liberis etiam Regiisque Civitatibus, sub praecedentibus Regibus, maxime in II. Periodo devenerunt licentiae, ut miseros Nobiles eorumque Subditos spoliare, bonis, imo ipsa etiam vita privare nihil pensi duxerint. a) Unde neces-

sa-

a) *Decrevimus etiam, ut Praelati, Palatinus Regni nostri, Judex Curiae nostrae, Magister Tavernicorum nostrorum, et alii Barones, nec non Comites Parochiales, et generaliter quivis Judices, et Justitiarum Regni nostri, Ecclesiastici, et Seculares, Proceres et Nobiles, Castellani et Civitates per climata Regni nostri spolia, direptiones rerum, et bonorum ablationes, sanguinis effusiones, et alia actuum potentiorum genera nostris fidelibus Regnicolis, cujusvis status, et conditionis existant, facere, inferre, se committere nullatenus audeant. Dec. III Art. 4.*

saria sequela, id quod alias diximus, Ordo equestris vehementer atteri, diminui, et ad egestatem redigi debuit.

**LXXVII.** Tandem anno 1437. Obiit eximius, et vere magnus hic Imperator et Rex, postquam Regnum suum majore animi promptitudine, et ingenio, quam fortuna et felicitate annis L. gubernasset, relicta superstite filia Elisabetha, Alberto Austriae Duci nupta, ex hac vita decessit.

**LXXVIII.** Sigismundo Gener Albertus illius Albertus Austriacus in regimine successit, uno eodemque anno tribus Coronis, Imperiali nempe, Hungarica, et Bohemica incinctus. Nihil is magno focero suo sive pietate, seu ingenio, seu denique amore erga nationem Hungaram cessisset, nisi Divinae Providentiae visum fuisset eum, necdum altero Regni anno exacto, in optimo adeo aetatis flore ex hac vita evocare.

**LXXIX.** Sed tamen intra hoc Etus, le ges civi- les. etiam, quantumvis exile tempus ad

preces Patrum, in Comitibus congregatorum, sapientissimas tulit leges, quibus abusus quosdam, ac novitates sub prioribus Regibus inductas fustulit. Enimvero publica lege cavuit, ne Bona et publica Regni munia aliis, quam solis Hungaris deinceps conferantur; ne proventus Regales extraneis locentur; ne Regnicolis alia, quam quae Ludovicus I. constituit, tributa imponantur; ne Praelati et Barones duas dignitates teneant; ne Ecclesiastica Beneficia a Secularibus occupentur; ne Nobiles decimis praestandis amplius subjiciantur, et sic porro, a)

*Leges  
militares*

LXXX. Leges porro militares Sigismundi Regis renovavit, explicuit, et aliqua in parte auxit. Earum summa haec est;

„Regia dignitas pro tuitione Regni, et confiniorum ipsius conservatione hominibus suis exercitibus de stipendio Regali dispositiones  
„nes

a) Vide Decr. An. 1439.

„nes faciat, sic, quod Regnicolas  
 „ipsi stipendiati exercituantes non  
 „praedentur.

„Exercitus vero generalis Re-  
 „gniculis tamdiu, donec hujusmodi  
 „stipendiati exercituantes adversariis  
 „resistere poterunt, non proclametur.

„Dum vero necessitate urgente  
 „exercitum generalem proclamari con-  
 „tigerit, tunc Nobiles Regni ultra  
 „metas et confinia Regni inviti more  
 „exercituantium non ducantur, anti-  
 „qua eorum libertate requirente, a)

Porro ad animos militi Hun-  
 garo indendos constitutum, ut „dum  
 „in exercitibus, et pugnis, seu qui-  
 „buscunque rixis, cum inimicis Re-  
 „gni committendis, Ungaros aliquos  
 „de hostibus captivare, vel aliud lu-  
 „crari contigerit;

„Tunc ipsi Ungari hujusmodi  
 „captivos, et lucrum (exceptis nota-

K 4

„bi-

a) Alb. Decr. An. 1439. Art. 3.

„bilibus personis, vel Capitaneis ipso-  
 „rum exercituum inimicorum, Regiae  
 „Majestati in captivos pertinentes,  
 „quos Nos ab ipsis captivantibus pro  
 „donis condignis recipere valeamus)  
 „pro se retinendi vel vendendi, aut  
 „Ecclesiis perpetuae servitutis jugo  
 „tradendi, et donandi habeant facul-  
 „tatem. a)

Denique „Ecclesias et Ecclesia-  
 „sticas personas a taxis non diu  
 „(vide §. LXIII.) *abusive* introductis  
 „liberas et immunes relinquendas esse,  
 „ita tamen, ut servitia exercitualia  
 „more alias consueto facere tene-  
 „antur, sancitum est. b)

Uladis-  
 laus I.

LXXXI. Mortuo Alberto, Eli-  
 sabetha vidua Regina, consentienti-  
 bus Proceribus, Uladislauum Poloniae  
 et Lithuaniae Regem, Principem un-  
 de viginti annos natum, in thori,  
 Regnique socium delegit; sed postea-  
 quam subinde filium Ladislauum post-  
 hu-

a) Eod. Decr. Art. 13.

b) Eod. Decr. Art. 19.

humum ex Alberto Rege susceptum enixa fuisset, negotio licet cum Uladislao Polono jam plene confecto, consiliis Ulrici Cileae Comitis Avunculi sui seducta, facti poenitere coepit, itaque factione quorundam Procerum infantem Ladislaum Albae Regiae anno 1440. coronari fecit; tum vero una cum eo, accepta secum sacra Hungariae Corona, Viennam profugit, et Friderici Romani Imperatoris tutelae se, prolem, et Coronam tradidit, quae res subinde multis, Patriaeque universae perniciosis turbis ansam praebuit. Electus interea Rex Uladislaus militaribus stipatus copiis ad Hungariam advenit, communique Statuum et Ordinum voluntate coronatus est.

LXXXII. Hoc sub Rege jam frequentius Turcae prosperis elati successibus fines Regni Hungariae et Transilvaniae laceessere coeperunt. Verum insigni Joannis Huniadis, summi ea aetate Belliducis, prudentia et bellica virtute, saepius caesi; tandem anno 1443. in Servia, et in Bulgaria, amisissis ibi XX. hic vero XXX. optimorum mi-

Ejus ad  
Varnam  
caedes.



litum millibus, memorabili sane clade attriti, honorificam, Regnoque Hungariae perutilem cum Uladislao pacem iniverunt. Utinam vero Uladislao pacta conventa servasset! sed hortatibus Christianorum Principum, praesertim Cardinalis Juliani Legati Pontificii, infelici fato cedens, dum rupto foedere militem adversus Turcas educit, ac *Varnam* usque celebre Bulgariae Oppidum penetrat, et exercitum jam inedia, multisque aliis miseriis debilitatum, cum flore Nobilitatis Hungaricae, et vitam amisit, solo Joanne Huniade pro felicitate Hungariae cum exigua copiarum parte ingenti huic cladi erepto.

Joannes  
Huniade  
Gubernator

LXXXIII. Pervulgata piissimi fortissimique, sed infortunati Regis Uladislai caede, consternati Status et Ordines Hungariae ne quid detrimenti Respublica caperet, Joannem Huniadem Gubernatorem Hungariae incredibili omnis sexus, et aetatis laetitia constituerunt, suprema hac dignitate eoque fruiturum, quoad Ladislaus posthumus, cui velut legitimo Successori Coronam deberi omnes agnovere, e

Fri-

Friderici Imperatoris manibus liberatus in Hungariam reduceretur. Exstat in corpore Juris Hungarici Decretum a), ex quo, tum quibus potestas Gubernatoris circumscripta fuerit limitibus, videre est, tum illud etiam apparet, quomodo occasione motuum, qui mortem Regis Alberti, Regina Elisabetha turbas sciente, consequuti sunt, factionibus Procerum, et aliorum praepotentia sua abutentium Regnum Hungariae flagellatum fuerit. b)

## LXXXIV.

- 
- a) Decr. statuum et ordin. An. 1446.  
 b) *Universi Domini Praelati, et Barones, et quivis alii Castra, Castella, Fortalitia, Civitates, Oppida, Possessiones, et quaeque jura possessionaria, nec non Episcopatus, Abbatias, Praeposuras, decimasque ac quaevis beneficia, et jura ecclesiastica, per ipsos guerrarum temporibus occupata, et usurpata remittent, et resignabunt.*

*Civitates etiam, quas hactenus Capitanei tenuissent, pristino earum statui, dispositioni, custodiaeque, ac conservationi propriae remittent, ipsique Capitanei excipient manus, gentes, ac familiares eorum.*

*Qui-*

Ladis-  
laus  
Posthu-  
mus,

LXXXIV. Etsi Joannes Hu-  
niades *ante omnes* (verba sunt Cali-  
machi ejus temporis Scriptoris) *prio-  
ris suaeque aetatis magnos viros rerum  
militarium, civiliumque artium peritia  
me.*

*Quique etiam ex hujusmodi occupatori-  
bus Capitaneis, in hac congregatione prae-  
sentes forent; interim non recedent ab ea-  
dem, donec hujusmodi remissionem, et re-  
signationem efficient suo modo.*

*Quodque universa Castra, Castella, For-  
talitia his disturbiorum temporibus ere-  
cta, durante praesente congregatione, di-  
ruantur, et deleantur: His demptis,  
quae in confinibus Regni, pro defensione  
sunt erecta.*

*Quodque universitas Comitatum, in  
quibus eadem sunt erecta, qui scilicet hic  
praesentes forent, non recedent, donec ea-  
dem deponere facient, et delere. Dec.  
1446. Art. 2.*

*Omnes contractus, Confoederationes,  
et vincula, inter quoscunque Praelatos,  
Barones, et Regnicolas, in alterutrum, et  
mutuo, fide mediante, vel alia re, quali-  
tercunque factae et ordinatae, quae scili-  
cet utilitatem Regni, et Rempublicam impe-  
dirent, cassae, annullatae, et inanes habeantur.  
Decr. 1446. Art. 5.*

*memorabilis* a) Rempublicam curae suae concreditam rara sane prudentia et moderatione gubernaverit, nec minori fortitudine tuitus fuerit, invidiam tamen aemulorum Procerum evitare non potuit; cujus atroces sequelas praeventurus, omnibus viribus in id incubuit, ut Ladislaum in solio Regio, eidem debito, collocaret. Et vero secundus eventus ejus conatibus respondit. Fridericus enim Caesar et armis Hungaricis defatigatus et priorum Subditorum ira, jam in apertam seditionem erumpente, territus Ladislaum dimisit, quem reducem velut legitimum suum Principem, quippe jam anno 1440. coronatum, Status et Ordines Regni cum gratulatione susceperunt, Regemque salutarunt.

LXXXV. Rex, capessitis Regni Joanni Hunia. digra:uy: habenis, ante omnia, gratis Joanni Huniadi publice actis, eidemque in praemium Reipublicae Hungaricae per sexennium integra fide administratae perpetui Comitis Bisztricziensis digni-

a) De rebus Uladislai, L. I.

gnitate collata, totum se ad ea, quae tempore ultimorum motuum convulsa, perturbataque fuerunt, restauranda, a) animosque dissidentium Procerum publicata (Art. 4.) universali amnistia, conciliandos convertit. Inde cura ad Fridericum Caesarem, Patrum et tutorem suum, traducta nihil non egit, ut et coronam injuste detentam, et partes quaspiam, Austriae vicinas, quas ei Elisabetha Regina nullo jure cefsit, recuperaret; sed irriti fuerunt conatus, ea gloria Mathiae Covino, futuro olim Regi, reservata.

Extraor-  
dinariam  
Infurre-  
ctionem  
promul-  
gat.

LXXXVI. Interea tristissima fama  
Urbis Constantinopolitanae a Turcis 29  
Maji 1453. captae totum orbem Chri-  
stia

a) *Omnia nova Castella - - - intra 15 dies  
- - - sub poena infidelitatis deponantur.*  
Decr. I. Anni 1453. Art. 6.

*Castella, possessiones, Castra, portiones  
possessionarias, ac terras, et alia jura,  
Ecclesiastica videlicet et Secularia, per quos-  
cunque absque rationabili causa occupata - -  
poena sub praemissa, remittantur per eo-  
rum detentores. Ibidem Art. 7.*

stia num̄ perculit, Hungaros autem, velut vicinos, extrema solitudine replevit. Idcirco, Joanne praesertim Huniade adnitente, Comitia Regni indicere placuit, in quibus insolitae, atque extraordinariae Insurrectionis norma descripta, promulgataque est, ut, si Turcae ad invadendum Hungariae Regnum, eique subjectas Provincias, uti nemo non praevidit, advenirent, ad eos a finibus removendos, sufficientes vires adessent. Statuta eam in rem condita Decreto Ladislai Posthumi secundo in corpore Juris Hungarici continentur, quae, prout a Cl. Palma a) in compendium relata sunt, hic subjicimus.

„Articulo igitur 1. Decret. II,  
 „Joanni de Huniad cum titulo ac po-  
 „testate generalis Capitanei et con-  
 „gregandi exercitus, et administran-  
 „di cura commissa.

Art.

---

a) Not. Rer. Hung. P. II. Ladisl. V. posthumi §. VI.

„ Art. 2. Erecta Commissio e  
 „ delectis per Comitiorum suffragia  
 „ Praelatis, Baronibus, Proceribus,  
 „ atque Nobilibus conflata, cujus mu-  
 „ nus erat, ea omnia, quae tum in  
 „ Conventu constituta fuerant, ad ef-  
 „ fectum deducere; illud autem ante  
 „ omnia viris his commissum fuit,  
 „ ut proventus Regios diligenter exa-  
 „ minarent, viderentque, an ii om-  
 „ nes accurate, et fideliter Aerario  
 „ Regio inferantur; tot postea stipen-  
 „ diarios conducerent, quot sumtibus  
 „ Regiis commode ali possent; in-  
 „ vigilarent denique, an ii Regni  
 „ Barones, qui Aerarii Regii impen-  
 „ sis Banderia sua erigere, et con-  
 „ servare solebant, stipendia rite in-  
 „ de percipiant, haec reapse in  
 „ Bandertatum militem impendant,  
 „ hunc autem eo, quo par est, nu-  
 „ mero et apparatu ad bellum expe-  
 „ ditum habeant.

„ Art. 3. Praelati Banderia, ce-  
 „ teri Ecclesiastici et Regulares lan-  
 „ ceatos milites statuere soliti eo id  
 „ numero praestent, qui Sigismun-  
 „ do imperante stabilitus fuit, nisi  
 „ for-

„forte Bonorum suorum notabilem in-  
 „terea jacturam fecissent; tum enim  
 „pro facultatum diminutarum ratione,  
 „Commissionis Regiae iudicio aesti-  
 „mata, militis quoque dandi nume-  
 „rus diminui debuit.

Art. 4. et 8. De equitibus, peditibus-  
 „que, qui e subditis Colonis per Domi-  
 „nos suos legendi erant, is calculus ini-  
 „tus, ut a centum portis Regalibus, seu  
 „sefsionibus integris quatuor equites  
 „pharetrati, ac bini pedites pharetra,  
 „clypeo, hastaque breviori instru-  
 „cti darentur, a Dominis suis stipen-  
 „dia accepturi, non tamen extra  
 „Hungariae limites educendi, sed  
 „hos solum adversum hostem tuituri.

„Art. 9. Liberae Regiae, De-  
 „spoti item Rasciae, Comitum Cile-  
 „jensis, ac aliorum Magnatum Ci-  
 „vitates; Slavonia praeterea, tum  
 „Jazyges, Cumani, Valachi, et, quod  
 „mirum, *Tatari* Hungariae incolae  
 „eandem statuendi militis rationem  
 „observarent.

Art. 5. et 8. Magnates, Barones,  
 „milites fervientes, ac Nobiles uni-  
 „versi viritim singuli ad bellum suis  
 „sumtibus hac vice proficiscerentur.

L

„Art.



„ Art. 12. Haec omnia ut ad  
 „ amulsim executioni darentur, fe-  
 „ quentibus functionibus cautum fuit,  
 „ siquis e Commissariis militis loco  
 „ pecuniam acceptasset, crimen ca-  
 „ pite luat.

„ Art. 11. Facta militum con-  
 „ numeratione, si equës deesse de-  
 „ prehensus esset, 16, si pedes, 10  
 „ auri floreni mulctæ loco a terre-  
 „ stri Domino exigentur.

„ Art. 13. Qui expeditioni se  
 „ absque legitima causa subtraxissent,  
 „ Nobiles Bona omnia, ignobiles au-  
 „ tem caput amitterent.

„ Art. 5. Illud tamen Magnati-  
 „ bus, Nobilibusque concessum, ut  
 „ ad conjuges, teneras proles, res-  
 „ que suas custodiendas tot armatos  
 „ domi relinquerent, quot Commis-  
 „ sariorum judicio necessarii fore ju-  
 „ dicarentur. a)

Animad-  
 versiones

LXXXVII. Qui praemissos ar-  
 ticulos paulo attentius legerit, facile  
 inde perspiciet, propter extremum  
 Tur-

a) Dec. II.

Turcicae invasionis metum a solita Infurrectionis norma hac vice recessum fuisse. Primum enim juxta antiquam consuetudinem tantum Archiepiscopi, Praepositi, Abbates, Capitula, et Ecclesiastici majoribus dignitatibus ornati Banderia, et milites pro ratione facultatum educere debebant; hic vero minoris etiam notae Ecclesiastici in Regesto exercitationis non comprehensi ad milites juxta quantitatem proventuum statuendos stringuntur. — Deinde juxta fundamentale Sigismundi Regis Decretum (LXXIV.) a singulis 100 sessionibus tres solum milites obveniebant: hic vero a totidem sessionibus 4 equites pharetrati, et 2 pedites pharetris, clypeis, et hastis provisi in aciem educi praecipuntur. — Atque ideo ipsi Status et Ordines Art. 14. agnoverunt, hanc „dispositionem exercitualement contra antiquam consuetudinem et libertatem „unice propter validissimi belli, quod „Imperator Turcarum Hungariae inferre meditabatur, apparatus promulgatam esse: Quapropter tam Rex, „quam Praelati, Barones, ceterique  
L 2 Pro-

„Procères et Nobiles fide sua christiana sponderunt, quod a modo et deinceps nullo unquam tempore talem *inconsuetam* exercituum promotionem promulgabunt, et facient; sed penes antiquam consuetudinem exercituum promotionis semper manebunt, a) Unde consequitur, praesentem Ordinationem in nullam consequentiam trahi posse, imo vero per hanc ipsam Constitutionem Leges fundamentales a Sigismundo Rege quoad modum insurgendi latas confirmatas esse.

Decreto  
anteriori  
Leges de  
Institutione  
illustrantur.

LXXXVIII. Sed tamen complura in hacce Regni constitutione, quae ad illustrandam Sigismundi legem exercituum deservire possunt, occurrunt. Hinc nempe patet: Barones quidem Regni vi officii Banderia statuere debuisse; stipendia tamen iis ex Aulario Regio dependa fuisse, b) Nec minus

b) Praecit. Decret. Art. 14.

(a) Quodve honores Baronatum tenentibus, qui scilicet more alias consueto, ipsorum Banderia exercituum soliti fuerunt elevare, de

nus et illud inde eruitur, sicut Nobiles Regni, ita etiam milites ab eis pro ratione Portarum statutos „tantum usque ad metas et terminos Regni, et non ulterius“ ire obligatos fuisse a) Id quoque inde patet, generale exercituum Regestum confici, ac penes Reges conservari consuevisse, in quo omnium, qui insurgere, aut Banderia educere tenebantur, nomina inscripta fuerunt. b) Utinam vero tale quodpiam Regestum usque ad nostram aetatem pervenisset! — Porro hinc et id apparet, etsi juxta legem Sigismundi nobiles Viduae, pueri, Orphani, Castellani, ac potentiorum Dominorum necessarii Officiales ab Insurrectione exempti fuerunt, in eorum tamen locum milites, armis probe instructos, statui debuisse, c) — Ultra ex hoc Decreto palam fit, Philistaeos (Jazyges.)

L. 3

Co-

---

*de iisdem nostris proventibus regalibus eorum stipendia extradentur. Cit. Decret. Art. 2.*

a) Cit. Dec. Art. 4.

b) Ibidem. Art. 3.

c) Ibid. Art. 4.

Cumanos, Valachos, et Tataros connumeratos (juxta numerum fessionum) exercituare obligatos fuisse a) Denique hinc elucescit, sub poena capitis cautum fuisse, ne quis obligationem insurgendi parato aere, aut alio quocunque modo redimat. b)

Celebris  
de Tur-  
cis victo-  
ria.

LXXXIX. Sed ingentes hos apparatus in opus deductos non esse, certum est. Nam eo ipso tempore, quo solutis Comitibus generalis in Regno Insurrectio promulgabatur, Turcae jam in Serviam cum XXX. millibus irruerunt, quos Joannes Hunniades solo illo milite, quem in limitibus servare solebat, educto, magna cum clade rejecit. At enim biennio vix interposito Mahometes cum ducentis millibus adfuit, et Belgradum, cui Belidux Michael Szilagyi praefectus erat, obsedit. Extremum Hungariae trepidanti imminerebat periculum, et tamen nullae copiae, nulla Banderia, nullae gentes (prout in Comitibus magni-

a) Ibid. Art. 9.

b) Ibid. Art. 13.

gnifice determinatum fuit) confluerunt. Tantum XV. millia armatorum sub signis Joannes Huniades habuit, e quibus X. millia is ipse propriis sumtibus collegit, armavit, et aluit; quibus copiis subinde Joannes de Korog, Banus Machoviensis, suo cum Banderio, et miserabilis cruce signatorum turba, e *Rusticis, Pauperibus, Sacerdotibus, Clericis, Studentibus, Monachis mendicantibus*, armorum et disciplinae militaris ignaris, teste *Taliacotio* Monacho, qui expeditioni praefens aderat, constans, quam Joannes Capistranus Ordinis S. Francisci Presbyter collegerat, a) se conjungere. Et cum his copiis Joannes Huniades, Michael Szilágyi, et Joanne Capistrano egregie eum adjuvantibus, ingentem illum Turcarum exercitum, caesis eorum XXV millibus, vicit, in fugam conjecit, et sic, Rege Ladislao ob metum periculi Vienneam una cum Ulrico Comite Cileae,

L 4

se

---

a) Vide Cl. Pray Annales Regum Hungariae ad annum 1456.

se subducente, Patriam praesentissimo periculo liberavit a)

Mors Jo-  
annis  
Munias-  
dis.

XC. Sed, pro dolor, ultimo hoc labore nimium defatigatus Huniades paulo post in morbum incidit, et communi totius Hungariae cum luctu magnam edidit animam, relictis duobus maximae expectationis filiis, Ladislao et Mathia. b) Ex

eo

a) Verissimum est illud Ranzani effatum: *nisi ingentibus Turcarum conatibus obviam itum esset, opera opeque et armis Joannis Corvini, actum jam prorsus fuisset de re Hungarorum, deque universis Hungariae propinquis, conterminisque regionibus, imprimis de nostra Italia, Epitom. rerum Hung. Indice XXII.*

b) Ultima morientis verba ad adstantes quosdam Proceres facta, sane sunt memorabilia: cohortatus namque est illos, *ut sua exempla Christianam primum fidem, deinde Hungarici Regni Rempublicam a Turcarum rabie atque ab omni alio hostili incurfu defenderent. Suasit: uti procul ab eorum animis esset discordia, cui si studuerint, et se perditum irent, et fore, ut omne Regnum eorum sine ulla dubitatione deleatur. Indice XXVII. Ranzanus. Quam verus vates fuerit, tristis postea eventus docuit.*

eo tempore pax et tranquillitas omnis ex Hungaria excessit. Ladislaus enim, mortem *Ulrici* Cileae Comitis Cognati, et primi Aulae suae Ministri, qui defunctum Joannem Huniadem, totamque domum Corvinianam vatiniano semper odio prosequabatur, ulturus, contra datam fidem Ladislaum Corvinum securi percuti faciendo, Regni totius odium incurrit, quo in apertam seditionem vergente, vitae suae metuens, Viennam, abducto secum Mathia Corvino, inde Pragmam se recepit, ibique paulo post anno aetatis suae XVII (1457.) obiit, Princeps optimus, et merito *deliciae generis humani* dictus, qui, si quid peccavit, id unice pravis *Ulrici Cillejensis*, et *Ladislai de Gara* Palatini consiliis, et haud satis maturae Regis aetati tribuendum est.

XCI. Haec rerum perturbatio-  
ne, dum nullus Regii sanguinis Princeps adest, dum et exteri Coronam Hungariae ambiunt, et complures Procerum in diversas factiones scissorum occulta ejus adipiscendae spe se laetant, actum de tranquillitate Regni



fuiſſet, niſi Michael Szilagyî, Mathiæ Corvini Avunculus, vir opibus, et armis potens, ſingulari ſua prudentia, fortitudine, ac minis etiam intentatis, Status et Ordines Regni, ad campum *Râkos* convocatos, ad Mathiam Corvinum, qui in Bohemia apud Georgium Podiebragium, potentiſſimum eo in Regno Dynaſtam, inde a morte Ladislai Poſthumi Regis detinebatur, eligendum permoviſſet. Univerſali ergo Statuum et Ordinum conſenſu, et ingenti totius populi Budenſis júbilo Rex Mathias 15 ætatis annum agens proclamatus, Michaeli vero Szilagyî, quoad Rex paulo magis adoleſceret, Gubernatoris munus cæcis cum conditionibus collatum eſt. a)

## XCII.

- 
- a) Conditiones præcipuæ fuere: I. Eccleſiarum et Nobilium Bona ultimi diſturbii tempore occupata intra 15 dies legitimis Poſſeſſoribus reſtituantur, Fortalitia autem a privatis erecta, *unde ſpolia et deprædationes committuntur*, diruantur. II. Rex contra omnes hoſtes Regnum de proventibus ſuis Regalibus defendere, militia ſtipendiaria non ſuffici-

**XCII.** Et vero Mathias Rex, in Regnum Hungariae summa cum pompa reductus communi gentis expectationi uberrime respondit. Nullo certe sub Rege (si Ludovicum M. excipias) Hungaria ad majorem pervenit splendorem; usque adeo verum est, felicitatem, aut infelicitatem Regnorum unice fere a Principum indole, et virtutibus ad regendos populos aptis, aut contra a vitiis, artisque regnandi ignorantia dependere.

Expectationi  
publicae  
respon-  
det.

**XCIII.** Fuit Mathias, ut ver-  
bis Cl. Palma utar " animi dotibus  
„ adeo liberaliter ab Auctore naturae  
„ instructus, ut quamquam minime  
„ Re-

Ejus in-  
dole.

---

ciente, Praelati et Barones Banderia, seu gentes suas levare; nec his sufficientibus universi Nobiles juxta Constitutiones anteriorum Regum insurgere obligentur, III. Ut a Jobagyonibus Regnicolarum, seu aliis Nobilibus nulla *taxa*, seu *solutio pecuniaria* desumatur. IV. Ne honores, officiolatus, et perpetuitates extraneis conferantur, donata vero Castra et Bona ab iis recuperentur. *Decret. Corpori Juris inserti Art. 1. 2. 5. 6. 7. 8.*

„ Regio e sanguine ortum duceret , ad  
 „ summum nihilominus illud fastigi-  
 „ um factus , formatusque fuisse vi-  
 „ deretur. Ingenio supra ceteros acu-  
 „ to, et perspicaci pollebat, ut non fa-  
 „ cile a quoquam falleretur. Nullum  
 „ negotium adeo arduum , aut diffi-  
 „ cile occurrebat , quod non summa  
 „ prudentia coeptum feliciter ad exi-  
 „ tum deduxerit. In rebus , quas ma-  
 „ turo consilio semel constituerat ,  
 „ adeo constans fuit , ut non facile  
 „ inde posset dimoveri. Peculiare  
 „ illud justitiae, et aequitatis studium,  
 „ quo infimae etiam plebis animos  
 „ sibi attraxerat, memoriae postero-  
 „ rum commendat enata apud Hun-  
 „ garos mox ab ejus obitu querimo-  
 „ nia: *Mortuo Mathia periit justitia.*  
 „ Mentem illius sacra non minus,  
 „ quam profana, eademque multipli-  
 „ ci eruditione excultam, plurimumque  
 „ linguarum cognitionem, non est,  
 „ cur pluribus hic commemoremus.  
 „ Quanta porro in Deum bonorum  
 „ omnium fontem pietate fuerit, te-  
 „ statum fecit singulari illa majesta-  
 „ te, et reverentia, qua officia divi-  
 „ na, et sacros Ecclesiae ritus cum  
 ali-

„alibi, tum vero in Aulico templo  
 „suo peragi voluit: ut adeo Legatus  
 „Apostolicus Episcopus Castellanus  
 „Budae degens ad Sixtum IV. P.  
 „scribere non erubuerit, se virum  
 „Ecclesiasticum in iis, quae ad di-  
 „vinum cultum pertinent, *Mathiae*  
 „Regis pietate, modestia, atque  
 „reverentia fuisse superatum. Illius  
 „in Religione tuenda vigilantiam fa-  
 „tis illud indicat, quod pro viribus  
 „prohibuerit, ne Hufitarum dogma-  
 „ta e Bohemia ad Hungaros pene-  
 „trarent, sicque scissa fidei unita-  
 „te, animi quoque in partes scinde-  
 „rentur. a)

XCIV. Leges, quas in Reipublicae Artes re-  
guandi.  
 „commodum *Mathias* pertulit, non  
 „modo severitate adhibita, verum  
 „etiam perpetua quadam in singu-  
 „las suorum actiones vigilantia obser-  
 „vari procuravit. Quoties a Castris,  
 „aut ab Aula per graviores curas  
 „abesse licuit, *Ludovici M.* imitati-  
 „one, mutato interdum habitu i-  
 „gno-

\*) Palma P. II. §. XXIV. ad an. 1499.

„ gnotus, aut etiam palam singulas Re-  
 „ gni partes, civitates, oppida, et  
 „ et pagos obibat, quaeque contra  
 „ aequitatem, vel mandata sua per-  
 „ peram agi reperit, summo eum ri-  
 „ gore corrigebat: hac itinerandi ra-  
 „ tione, praeterquam quod quarum-  
 „ vis partium situm, copiam,  
 „ aut inopiam, sensa item de se ho-  
 „ minum optime perspexit, Praelatos  
 „ una, et Seculares Regni Magistra-  
 „ tus suo in munere exactos, diligen-  
 „ tesque reddidit. Illustres utriusque  
 „ Ordinis viros interdum suis in cas-  
 „ tellis, aut villis adire, apud eos  
 „ hospitari, convivarique non dedi-  
 „ gnabatur, ut eorundem, sentiendi,  
 „ vivendique rationem cognosceret,  
 „ profusa prae ceteris tum humanita-  
 „ te utebatur in sequiorem sexum,  
 „ ut mulierum animis ad se attractis  
 „ viros quoque earundem opera sibi  
 „ arctius adstringeret. Cum excel-  
 „ sam gentis Hungaricae indolem ex-  
 „ ploratam haberet, si quid durius,  
 „ ut erant vectigalia, et crebra mi-  
 „ litum supplementa, imperandum fuit,  
 „ posita ad tempus auctoritate, preci-  
 „ bus potius, et ratione, quam sum-  
 mo

„mo imperio cum suis agebat. Ut  
 „eos, qui potentia ceteris anteibant,  
 „mandatis suis obsequentes redderet,  
 „ac semper in metu contineret, in  
 „cognatos, familiaresque suos, qui  
 „aliquid in se deliquerant, paulo ve-  
 „hementius animadvertere consueve-  
 „rat. Id quod Szilágyii avunculi,  
 „et Joannis Vitézii casus fatis, su-  
 „perque declarat. In hominibus  
 „sive ad arcana Aulae munia, seu  
 „ad sacras, profanasque in Regno  
 „dignitates promovendis singulari u-  
 „sus circumspectione, nec generis,  
 „nec nationis, sed folius ingenii,  
 „doctrinae, prudentiae, ac in rebus  
 „gerendis dexteritatis habuit rationem.  
 „- - - Quemadmodum porro in homi-  
 „num ad dignitates delectu singula-  
 „re studium adhibuit *Mathias*, ita  
 „etiam laborum pro se, et, Repub-  
 „lica toleratorum aequissimus et arbiter  
 „et mecaenas fuit, profusa plane mu-  
 „nificentia in eos uti solitus, qui  
 „arduis in rebus fidem, dexterita-  
 „temque suam demonstraverant. Ut  
 „eo expeditior esset negotiorum cum  
 „aliis Aulis tractatio, cum exteros  
 „quosvis, tum vero imprimis Prin-  
 „ci-

„cipum Oratores comiter, liberaliter-  
 „que habuit, ac adeo nonnumquam  
 „eorum studia, voluntatesque sibi  
 „conciliavit, ut hi arcana, sua non  
 „inviti proderent, atque mira sane  
 „metamorphosi Mathiae potius res  
 „apud suos Principes, quam horum  
 „apud illum negotia tractarent. a)

Scientia-  
 rum a-  
 mor.

XCV. Haec, quae hactenus  
 „recensuimus, Mathias non excel-  
 „lenti solum ingenio suo accepta de-  
 „buit, verum etiam insigni profus  
 „ac rarae admodum in summo Im-  
 „perante eruditioni, quam ille cum  
 „in pueritia Joanne Vitezio Moderatore,  
 „tum vero in folio jam collocatus assi-  
 „dua praestantissimorum Auctorum le-  
 „ctione, et meditatione sibi familiarem  
 „fecerat. Quanta ea fuit Mathiae fe-  
 „licitas, ut, cum pleraque calleret  
 „Europae idiomata, cum omnium  
 „fere Principum Legatis citra Inter-  
 „pretem loqueretur. Theologiae, et  
 „SS. Canonum cognitioni adjecit Ro-  
 „manam, Graecam, ceterorumque  
 Eu.

a) Palma P. II. §. XXVI.

„Europae populorum Historiam, et  
 „Geographiae notitiam, Mathesim  
 „item, Astronomiam, et cum mili-  
 „tarem, tum vero civilem Archite-  
 „cturam; in hac autem ita versatus  
 „fuit, ut de commoda, et decora  
 „aedium constructione cum peritissi-  
 „mis Architectis non sine victoria  
 „disceptaret. Tam vastae eruditi-  
 „onis is fructus fuit, ut de quoli-  
 „bet literaturae genere summa cum  
 „facundia dissereret. Sic cum ipse li-  
 „teris esset addictus, Literatos quoque  
 „profusa prorsus liberalitate fovit, et  
 „donis excoluit; post virtutem non  
 „alia profecto, quam per doctrinae  
 „laudem fuit sub Mathia ad sacros  
 „aeque, ac profanos honores elu-  
 „ctandi via. Ut autem genti suae  
 „eruditionis omnis capacissimae li-  
 „terarum condiscendarum opportuni-  
 „tatem praeberet, coeptam olim a  
 „*Sigismundo* Imperatore Budensem  
 „Academiam, ac fortasse tum idone-  
 „orum Magistrorum inopia collapsam  
 „ex Joannis Vitézii consilio A. 1465  
 „instauravit, evocatis tam ex Italia,  
 „quam ex Germania scientiarum Pro-  
 „fessoribus. Huic, quae ad eum diem  
 „M , in



„ in Hungaria desiderabatur, Biblio-  
 „ thecam addidit, quam ut ocyus per-  
 „ fectam videret, plurimos Graecos,  
 „ Hebraicosque codices autographos,  
 „ magno aere a Turcis redemptos, Con-  
 „ stantinopoli adferri curavit; prae-  
 „ terea tricemos Scribas cōstanter  
 „ aluit, qui cum alibi, tum vero  
 „ Florentiae auctores classici, et prae-  
 „ stantissimos in quovis disciplinarum  
 „ genere codices fideliter, et nitide  
 „ describerent; quem in finem XXX.  
 „ aureorum millia quotannis sunt ex-  
 „ pensa; quibus adminiculis ita brevi  
 „ supellex literaria crevit, ut multa  
 „ voluminum manu exaratorum mil-  
 „ lia in Regia Corvini Bibliotheca  
 „ censerentur, --- His igitur et in-  
 „ citamentis, et adminiculis id demum  
 „ effectum fuit, ut Mathias postre-  
 „ mis vitae suae annis non sine ho-  
 „ nestae, sinceraeque voluptatis sensu  
 „ florere jam literis Hungariam cer-  
 „ neret, multosque ex Hungaris in  
 „ utraque Republica viros multiplici  
 „ eruditione conspicuos numeraret.

„ Porro cum non solas scientias,  
 „ verum artes etiam ad felicissimi  
 Re-

„Regni culturam necessarias apud  
 „suos stabiliri, propagarique cuperet,  
 „videret autem innumeros adolescen-  
 „tes ob parentum inopiam ab illis  
 „condiscendis arceri, dignum sane  
 „summo Imperante iniit consilium  
 „ejus amplitudinis aedes Budae eri-  
 „gendi, quae plura adolescentum  
 „millia caperent, Regia ibidem mu-  
 „sificentia alendorum, cunctisque ar-  
 „tibus, atque disciplinis excolendo-  
 „rum. Verum immortale hoc opus  
 „praematura Regis mors interceptit.  
 „Ceterum etsi Institutum istud mini-  
 „me illi perficere licuerit, plurima  
 „tamen alia ad Hungariae culturam  
 „adjumenta affatim suppeditaverat.  
 „Pictores enim, Statuarii, Plastici,  
 „Caelatores, Lignarii, argentarii. Fa-  
 „bri, Lapididae, Architecti ex Italia  
 „conducti magno numero advene-  
 „rant, insanaque illis ex Aerario Re-  
 „gio impensa sunt salaria; quin eo  
 „etiam curas suas sollicitus pater ex-  
 „porrexit, ut olitores, hortorum  
 „cultores, et agriculturae Magistros  
 „inde acciverit, quorum opera non  
 „solum elegantiorum cultum accepit  
 „Hungaria, verum etiam res oeco-

Artium  
 et agri-  
 culturae  
 promo-  
 tio.

„ nomica ruralis ad utiliorem rationem  
 „ revocata fuit. Ut suis exemplo  
 „ praeiret Mathias, praeterquam quod  
 „ Visegradi, ac Tatae nova palatia,  
 „ hortosque exquisitissimos colloca-  
 „ verit; Budensem Regiam ad aemu-  
 „ lam Romano luxui amplitudinem,  
 „ et magnificentiam perduxit, splen-  
 „ didissimoque illi operi supremam  
 „ manum imposuit. Qua in re non  
 „ paucos e Praelatis, et Magnatibus  
 „ nactus fuit imitatores, qui veteres,  
 „ et pessime secum ipsis cohaerentes  
 „ aedes suas ad Romanae architectu-  
 „ rae leges reformarunt, hortosque  
 „ suos selectis arboribus frugiferis,  
 „ plantis item, ac oleis ex Italia  
 „ allatis non ad elegantiam modo,  
 „ verum etiam utilitatem consecverunt.  
 „ Ut autem Hungaros passim in Ar-  
 „ cibis; Villisque suis seorsim degen-  
 „ tes; vitamque socialem defugientes  
 „ ad urbanos mores, mutamque in-  
 „ ter se consuetudinem, et, quae in-  
 „ de consequitur, animorum unionem  
 „ colendam traduceret Mathias, Prae-  
 „ latos, et Potentiores Regni Dyna-  
 „ stas, atque Nobiles eo permovit,  
 „ ut singuli suas aedes Budae habe-  
 „ rent

„rent, illicque magnam anni partem,  
 „et negotiorum Reipublicae tractan-  
 „dorum, et Regis Budae degentis  
 „causa exigerent; quod ut eo facilius  
 „obteneretur, idmodi Nobilium aedes  
 „a vectigalibus Civitati pendendis im-  
 „munes sunt pronunciatae. a) Ac  
 „reapse hoc instituto id obtinuit Ma-  
 „thias, ut plurimi quotidiana cum  
 „eo, et inter se agendi familiaritate  
 „annosis odiis, quibus praecipuae  
 „Regni familiae a se invicem disside-  
 „bant, feliciter extinctis, amice,  
 „urbaneque una vivere assuescerent,  
 „et priscos illos ac severos mo-  
 „res in civiles, ac in amoenos con-  
 „verterent.

XCVI. „Cum animadvertisset <sup>Cura rei</sup> <sup>militaris</sup>  
 „militem tumultuarie collectum, di-  
 „sciplinae Caestrensi minime assuetum,  
 „nec armorum tractatione rite exer-  
 „citatum oneri potius esse Belliduci-  
 „bus, quam usui; ex adverso vetera-  
 „num militem, quamquam minore  
 M 3 „ nu.

\*) Discimus hoc ex Uladislai II. Decrete  
 majore A. 1492. edito. Art. 105.

„numero, maximis etiam Turcarum  
 „exercitibus superandis esse parem,  
 „in id deinceps incubuit, ut stabi-  
 „lem militem constanter haberet, at-  
 „que illo, quem Ordines Regni pro  
 „veteri more, ac instituto dabant,  
 „nonnisi tum, cum maxima urgebat  
 „necessitas, uteretur. Quadruplex  
 „porro stabilis militiae genus stipen-  
 „dio conductum nullo non tempore  
 „ad arma expeditum habebat: primi  
 „fuere *Equites armigeri* gravibus, et  
 „multiplicibus instructi armis: post  
 „hos *Hussarones*, seu levioris arma-  
 „turae equites, tum *Pedites armigeri*  
 „vario armorum genere ita onusti,  
 „ut ad ea gestanda bajulis opus ha-  
 „berent, denique *Pedites non cly-*  
 „„*peati* leviora deferentes arma: ---  
 „Militiae huic adjunxit *Mathias* ca-  
 „rissimam sibi deinceps Legionem,  
 „VI mille capitibus constantem,  
 „quae ab atris thoracibus, ac ami-  
 „ctu, vultu item per coeli injurias  
 „obfuscato *Nigra Legio* audit; ad  
 „hanc nulli, nisi animi, corporis-  
 „que robore praestantes, auctorati  
 „sunt, hac *Mathias*, ubi gravius  
 „erat periculum, opportune uti, hac  
 „ho.

„hostes etiam numero, et viribus  
 „superiores sua e statione solebat  
 „depellere, ut adeo legio haec in-  
 „vincibilis esse crederetur. Regis  
 „et imitatione et hortatu, Praelati  
 „quoque et Magnates militem eo,  
 „quo facultates ferebant, aluere nu-  
 „mero, ac in armis, disciplinaque  
 „militari exercuere, qui Regi inter-  
 „dum bello Bohemico et Austriaco  
 „praesto fuit, potissimum vero ad-  
 „versus Turcas non sine successu  
 „depugnavit. Ut adeo si Successo-  
 „res Hungariae Reges Mathiae Re-  
 „gis in re militari instituta observa-  
 „re aut voluissent, aut etiam in sum-  
 „ma temporum iniquitate potuissent,  
 „nunquam Hungaris miles, nunquam  
 „militibus Duces defuissent. Porro  
 „ad militum amorem, fidemque sibi  
 „conciliandam, peculiaribus prorsus  
 „in eos benevolentiae signis usus  
 „fuit *Mathias*; praeterquam, quod  
 „stipendia statis temporibus accura-  
 „te eis numerari procuraverit, siquid  
 „interdum alearum, quibus excel-  
 „lebat, lusu in castris a locupletio-  
 „ribus Magnatibus lucrifecerat, inter  
 „milites distribuebat; rara deinde

„ memoriae felicitate gregarium quem-  
 „ que suo compellabat nomine, nec  
 „ alienum a sua Principis dignitate  
 „ putabat, singulorum in castris obi-  
 „ re tentoria, comiter quemvis allo-  
 „ qui, fauciorum in praelio obligare  
 „ vulnera, aegrotantium contubernia  
 „ sollicite perlustrare, languentibus  
 „ manu sua cibum praebere, omnes  
 „ denique, quod sua causa tantum  
 „ tolerassent, blandis verbis consola-  
 „ ri. Unde tanto in benignum sibi  
 „ adeo Principem exarsere amore mi-  
 „ lites, ut contentis quibuscunque  
 „ periculis hostem etiam numero su-  
 „ periozem intrepide aggredierentur,  
 „ nec unquam e pugna nisi Victores  
 „ excesserint, a)

## XCVII.

a) Palma loco citato §. 27.

Qualis autem sub Mathia Rege mili-  
 tandi usus fuerit, id ex epistola, quam is  
 Agriensi Cardinali, in Aula Ferdinandi  
 Regis Neapolitani commoranti exarave-  
 rat, apparet; *Ut autem paternitas vestra  
 gentium nostrarum condiciones serenissimo  
 Domino Regi Ferdinando patri nostro*  
 do.

XCVII. Ut fortissimis hostibus, <sup>Leges militares</sup>  
 una quidem ex parte Turcarum Im-  
 M 5 pe-

declorare valeat, placuit, ut diversos ipsarum gentium Ordines succincte describamus, quatenus cognitis omnibus sciat sua Majestas, quot ex quocunque Ordine velit ad se transmitti. Scire potest Paternitas vestra, quae saepius praesentibus oculis vidit, gentes armorum apud nos tripartito distribui Ordine: quorum primus ex armigeris constituitur: pro qualibet angaria XV aureos ad quemlibet equum habere volunt, et minus recipere nolunt, ut isthuc accedant. Alius Ordo est Equitum levis armaturae, quos Husarques appellamus: hi pro una angaria X. florenos habere volunt ad unum equum, et aliter isthuc proficisci nolunt. In tertio Ordine Pedites sunt, et hi quidem diversis ordinibus distincti: horum enim alii gregarii sunt, alii armigeri, nonnulli clipeati. Gregarii milites, seu pedites pro qualibet angaria ad unam personam habere volunt VIII aureos, armati vero et clipeati, cum sine pueris, et servitoribus arma, et clipeos ferre nequeant, et quia hos pueros opus est illis in hunc usum pro necessitate conservare, volunt eos unusquisque ad arma singula, et ad clipeos habere simul cum duorum hominum stipendio. Sunt praeterea Magistri pixidum, qui sciunt trahere ex sclopetis, et hujus-

mo-



peratori, ex alia vero Caesari Romanorum resistere posset Mathias,  
 praec-

modi minoribus instrumentis; verum non ita strenui, et utiles sunt, uti pedites ad trahendum ex pixidibus; sed post clipeatos in initio conflictuum, antequam scilicet manus conferant, item ad expugnationes castrorum, et defensiones maxime utiles sunt. Itaque volunt et isti habere tantum, quantum pedites gregarii. Apud nos vero ista consuetudo observatur, quod quantacunque peditum summa sit, quinta pars ex pixidiariis constituatur. Ut autem Majestas sua mores, et consuetudinem istarum gentium cognoscat, Armigeri apud Nos muri loco habentur, qui nunquam se loco movent, etiamsi ad unum in sua statione trucidentur. Gentes vero levis armaturae secundum opportunitatem excurrunt, et postquam fessi sunt, vel graviora pericula sentiunt, post armatos se recipiunt, atque ibi restant viribus, et resumpto spiritu consistunt, donec captata commoditate rursum ad pugnas excurrant. Peditatum denique omnem et pixidarios, armati, elypeatique milites circumsistunt, non aliter, quam si in munitione consistant. Clypei namque majores ad invicem positi per circuitum formant effigiem castelli, et parietes repraesentant, quibus protecti gregarii pedites, et omnes, qui in medio sunt, velut ex propugnaculis et munitionibus pugnant

praeter ingentem stipendiariae militiae numerum, quem ex Aerario suo Regio aluit, nationalem etiam militiam adhibuit. Eam in rem in Comitibus Szegediensibus anno 1459. celebratis, Decretum editum est, quo pro casu necessitatis certa Insurrectionis norma praescribitur.

Quia Decretum hoc in corpore Juris non reperitur, multa autem continet, quae ad materiam Insurrectionis illustrandam haud parum conferre posse videntur, visum est illud ita, prout in Annalibus Cl. Pray ad annum 1459. insertum legitur, hic in extenso subnectere. Ejus ergo sententia sequentis est tenoris:

„Nos Mathias Dei gratia Rex  
 „Hungariae, Dalmatiae, Croatiae,  
 „etc. significamus tenore praesentium

---

*nant, et data opportunitate erumpunt, prout haec omnia Paternitas Vestra, quae pluribus expeditionibus nostris interfuit, oculis praesentibus potuit intueri.*

Pray Annales Reg. Hung. P. IV. ad annum 1481.

„ tium, quibus expedit universis,  
 „ quod cum his diebus post labores  
 „ nostros Regios bellicos pro dispo-  
 „ nendis rebus nostris, et Regni ne-  
 „ gotiis per nos consumptos, de par-  
 „ tibus inferioribus Regni nostri in  
 „ hanc Civitatem nostram Zegedien-  
 „ sem feliciter venissemus, tandem  
 „ habita generali congregatione Prae-  
 „ lati, Barones, Nobiles, ac de uno-  
 „ quoque Comitatu quatuor electi  
 „ cum plena facultate missi, totum  
 „ Regnum repraesentantes, inter alia,  
 „ quae pro bono statu, et pace, ac  
 „ defensione ipsius Regni nostri hinc  
 „ inde concorditer expedita sunt, ex-  
 „ hibuerunt nobis concordi animo, et  
 „ praesentarunt articulos infra scri-  
 „ ptos, desiderantes, ut eos, et in  
 „ eis contenta rata habere, admitte-  
 „ re, et nos observaturos promittere  
 „ dignaremur, quorum quidem articu-  
 „ lorum tenor sequitur in haec ver-  
 „ ba :

„ Dispositum est, quod serenif-  
 „ simus Princeps, Dominus Mathias  
 „ Dei gratia Rex Hungariae, Domi-  
 „ nus noster gratiosissimus Banderia  
 „ sua

„ sua pro custodia Personae suae,  
„ et tutela Regni sui juxta faculta-  
„ tem suam levare teneatur, et per  
„ universa Oppida, Possessiones, et  
„ Provincias Regales, ubilibet intra  
„ ambitum Regni adjacentia, demtis  
„ duntaxat Regionibus et Oppidis illis  
„ Regalibus, quae cum eorum ingenti-  
„ is bellicis labores belli sufferunt,  
„ connumerentur; ad numerum sin-  
„ gulorum viginti Jobagyonum modo  
„ infra scripto, et Regia Majestas  
„ facultatem habeat constituendi eos  
„ sub Banderio, quo voluerit, bellatu-  
„ ros. Praelatorum vero Jobagyo-  
„ nes sub propriis eorum Banderiis  
„ secundum connumerationem exerci-  
„ tuare tenebuntur; Nobiles vero Ec-  
„ clesiarum exercituare teneantur mo-  
„ re antiquitus consucto, et non se-  
„ cundum connumerationem. Item  
„ Nobiles Regni Slavoniae secundum  
„ connumerationem reliquorum Regni-  
„ colarum exercituare teneantur. Item  
„ quod omnes Praelati, Archiepisco-  
„ pi, Episcopi, ac majores Abbates,  
„ et Praepositi, sicut tempore quon-  
„ dam Domini Sigismundi Regis, cum  
„ eorum Banderiis, et numero lance-  
„ arum

„ arum exercituarunt, ita et in præ-  
 „ sentiarum exercituare teneantur. Mi-  
 „ nores vero Abbates, et Præpositi,  
 „ Capitula et Conventus, ceterique  
 „ universi Ecclesiastici possessionati,  
 „ secundum connumerationem Joba-  
 „ gyonum suorum modo infra scripto  
 „ exercituare debeant, si qui autem  
 „ ex ipsis in proventibus defecissent,  
 „ illi secundum quantitatem proven-  
 „ tuum eorum Banderia sua levare  
 „ teneantur, quos Dominus Rex vi-  
 „ dere debeat. Tandem Barones fe-  
 „ culares, quibus Dominus Rex ad  
 „ levanda eorum Banderia de pro-  
 „ ventibus regalibus salaria dare tene-  
 „ tur, hujusmodi Banderia eorum cum  
 „ exercituantibus ex Jobagyonum  
 „ suorum connumerandorum resultanti-  
 „ bus integrare non debeant, sed ipsos  
 „ exercituantes Jobagyonum con-  
 „ numeratorum præter Banderia sua fa-  
 „ ciant exercituare, et hujusmodi ex-  
 „ ercituantes in singulis comitatibus  
 „ sub ductoribus belli dare teneantur.

„ Exinde universi Barones, et  
 „ nobiles possessionati homines ubi-  
 „ libet intra ambitum Regni constitu-  
 „ ti

„ti, tam scilicet Majores, quam Mi-  
 „nores juxta praemissam connumera-  
 „tionem, utpote de singulis viginti  
 „Jobagyonibus, censum Domino suo  
 „solventibus, cum uno armigero e-  
 „quite bene armato gladio, clypeo,  
 „pharetra, et arcu, vel lancea fulci-  
 „to, exercituare teneantur; excipi-  
 „untur tamen Inquilini, vulgo *Seljer*,  
 „de hujusmodi connumeratione, atque  
 „lucrum Camerae juxta antiquam con-  
 „suetudinem, et non secundum con-  
 „numerationem praemissorum, tem-  
 „poribus solitis ad numerum porta-  
 „rum dicitur, perinde atque Ruthe-  
 „ni, Valachi, et Sclavi, qui alias  
 „lucrum Camerae solvere non con-  
 „sueverunt, ad solutionem ejusmodi  
 „lucri Camerae non compellantur.  
 „Demum Dominus Rex eligat Con-  
 „numeratores Nobiles ex eodem Co-  
 „mitatu, qui connumerationem fa-  
 „cere teneantur, recusantem autem  
 „poena quinquaginta marcarum pu-  
 „niat, et ab eo irremissibiliter exigi  
 „faciat. Praeterea Dominus Rex  
 „Capitaneum eligat, Comitem proprii  
 „Comitatus, vel alium fidelem,  
 „quem maluerit, cui dicti Connume-

„ ratores ipsorum registra assignent,  
 „ atque etiam paria registri hujusmo-  
 „ di connumerationis modo simili  
 „ Regiae Majestati dare teneantur.

„ Subinde dum Dominus Rex  
 „ contra potentiam inimicorum Ban-  
 „ derium suum levare voluerit, et  
 „ cum Praelatis et Baronibus suis  
 „ levare fecerit, tum universi regni-  
 „ colae secundum connumerationem  
 „ praedictam exercituare teneantur,  
 „ et pro arbitrio Regis subjiciantur,  
 „ quando erit necessarium. Et quod-  
 „ si Dominus Rex universos Comita-  
 „ tus ad tres menses in toto, vel  
 „ in parte exercituare jussit, id fi-  
 „ at pro voluntate et arbitrio suo,  
 „ in praesenti uno anno ad tres men-  
 „ ses tantum. Ex post, quando Do-  
 „ minus Rex cum Praelatis, et Ba-  
 „ ronibus suis personaliter ad exerci-  
 „ tuationem qualemcunque, modo prae-  
 „ notato sua Banderia et dictorum suo-  
 „ rum Praelatorum, et Baronum levando  
 „ proficiscitur, ex tunc etiam universi  
 „ Nobiles Regni, Majores scilicet et  
 „ Minores cum eorum gentibus ex-  
 „ ercitualibus connumeratis, persona-  
 „ li-

„liter cum eodem Domino Rege,  
 „juxta consuetudinem antiquam us-  
 „que metas Regni tantum unusquis-  
 „que secundum suum posse ire te-  
 „neatur, et dum ipse Dominus Rex  
 „de hujusmodi exercitu redire vo-  
 „luerit, Regnicolae ipsi cum eodem  
 „redire valeant, si vero ultra, et  
 „extra metas hujus Regni persona-  
 „liter exercituare voluerit, Univer-  
 „sitas Nobilium, juxta consuetudi-  
 „nem Regni, ultra ipsas metas cum  
 „eo exercituare non teneatur; sed  
 „gentes ipsorum connumeratae sub  
 „ductu Capitaneorum illuc, quo Re-  
 „gia Majestas voluerit, infra dictos  
 „tres menses integros, et non am-  
 „plius exercituare teneantur. Deni-  
 „que si circa Castrum *Nandoralbenſe*,  
 „et alia Castra finitima cis flumina Dä-  
 „nubii, et Savi, et in eorum litto-  
 „ribus adjacentia multitudo inimico-  
 „rum se accumulaverit, et Dominus  
 „Rex Banderia sua levare voluerit,  
 „ac Praelatorum et Baronum suorum  
 „Banderia levare faciat, tum om-  
 „nes Regnicolae personaliter secun-  
 „dum connumerationem ad defen-  
 „sionem

N



„ sionem eorundem Castrorum ire te-  
 „ neantur.

Item Nobiles Jobagyones non  
 „ habentes juxta facultatem, et fidelem  
 „ revisionem electorum Connumera-  
 „ torum leventur; simplices vero, et  
 „ pauperes, facultatem exercituandi  
 „ in personis, et rebus non habentes,  
 „ numero decem unum pharetrarium  
 „ idoneum, modo praetacto bene di-  
 „ spositum, mittere teneantur cum  
 „ expensis ad tres menses. Nobiles  
 „ vero inferiores, qui pauciores,  
 „ quam decem habent Jobagyones,  
 „ connumerentur cum Nobilibus, qui  
 „ nullum habent Jobagyonem: Joba-  
 „ gyones siquidem eorum connume-  
 „ rantur cum Jobagyonibus aliorum  
 „ Nobilium usque ad numerum vi-  
 „ ginti: Et si aliquis Nobilium de-  
 „ cem habuerit Jobagyones, perso-  
 „ naliter ire ad exercitum teneatur.  
 „ Insuper si aliqui Regnicolarum in  
 „ diversis Comitatibus Jobagyones  
 „ habuerint, tales Jobagyones, legi-  
 „ tima revisione dictorum Connu-  
 „ meratorum electorum, connumerentur,  
 „ et certificati venire debeant  
 ad

„ ad Comitatum, in quo Dominus  
 „ talium Jobagyonum commoratur,  
 „ et sub Comite illius Comitatus ex-  
 „ ercituare teneantur. Ex hinc, si  
 „ quipiam Nobilium Jobagyones ha-  
 „ bentium ab aliquo Praelato vel  
 „ Barone; ad numerum lancearum,  
 „ aut aliter pecunias levaverit; ex  
 „ tunc exercituantes suos de connu-  
 „ meratione Jobagyonum suorum re-  
 „ sultantes; praeter et ultra nume-  
 „ rum exercituantium sub conductu  
 „ Capitanei illius Comitatus. Dein-  
 „ de si homines connumeratos, et  
 „ Ductores belli singulorum Comita-  
 „ tuum in eorum praescriptis expe-  
 „ ditionibus fraudem, vel favorem,  
 „ sive pactationem aliquam, gratia  
 „ relinquendi aliquos ab exercitatio-  
 „ ne; commisisse reperti fuerint, et  
 „ in eo legitima certitudo reperie-  
 „ tur, tales in homagio eorum con-  
 „ vincantur eo facto.

„ Item si Dominus Rex, ac  
 „ Praelati et Barones hujusmodi le-  
 „ vationem exercitus; si necessitas  
 „ evenerit, modo et ordine praenar-  
 „ ratis facere non vellent, ex tunc

„ neque Regnicolae praeter forma  
 „ antiquae libertatis, et decreti ex-  
 „ ercituare teneantur, compellantur,  
 „ que. Demum, quia Connumerato-  
 „ res in propriis eorum expensis hu-  
 „ jusmodi connumerationem facere  
 „ debent, ob hoc ab exercituatione  
 „ personali eximantur, de connume-  
 „ ratis tamen eorum Jobagyonibus  
 „ exercituare facere tenebuntur. Ce-  
 „ terum nullus Regnicolarum tam  
 „ Majorum, quam Minorum aliquam  
 „ pecuniam cujuscunque numeri ali-  
 „ quibus Capitaneis, vel Ductoribus  
 „ belli, gratia remissionis alicujus ab  
 „ exercituatione dare praesumat; alio-  
 „ quin tam dans, quam etiam reci-  
 „ piens in facto potentiae et summa  
 „ capitali convincatur. Item Joba-  
 „ gyones tam regales, quam alio-  
 „ rum quorumcunque a die, quo  
 „ praefens constitutio in Sede judi-  
 „ ciaria cujuslibet Comitatus promul-  
 „ gata fuerit, usque integram dicti  
 „ exercitus anni revolutionem, cau-  
 „ sa commorandi hinc inde non de-  
 „ ducantur: quodsi factum fuerit, ex  
 „ tunc Ductor belli, sive Comes talis  
 „ Comitatus cum poenis decreti sex  
 mar-

„marcarum talem Jobagyonem pri-  
 „stino Domino suo reddat sine om-  
 „ni praelatione et favore: insuper  
 „quod occupationes possessionum se-  
 „cundum formam Decreti Festiensis  
 „remitti, vel acquiri debeant, Item  
 „quia quam plurimi Valachi, Ru-  
 „theni, et Sclavi, fidem Valacho-  
 „rum tenentes Rustici, qui alias ad  
 „lu rum Camerae Regiae numerari  
 „assueti non fuissent, tales tam  
 „regales, quam aliorum ad praesen-  
 „tem exercitum connumerari debeant,  
 „et insuper prout, et quemadmo-  
 „dum alias exercituare consueti sunt,  
 „exercituare teneantur, excipiantur  
 „tamen Commani, Philistaei, et Ta-  
 „tari, qui juxta antiquam consuetu-  
 „dinem exercituabuntur secundum  
 „quod Saxones. Item quia Comma-  
 „ni et Philistaei per Officiales Re-  
 „gios de possessionibus Praelatorum,  
 „Baronum et Nobilium potentialiter  
 „abducuntur, itaque in talibus aga-  
 „tur, secundum quod fuit consuetu-  
 „do temporibus antiquorum Regum,  
 „Subsequenter Dominus Rex omnes  
 „octavas et breves evocationes con-  
 „tinue juxta Decretum celebrare, et

„judicare per Protonotarium, et Ju-  
„dices deputatos faciat, et non pro-  
„rogentur, nisi tempore levationis  
„exercitus supra dicti secundum  
„formam Decreti Pestiensis, et Sigil-  
„lum specialis praesentiae suae dan-  
„di ad conservandum, cui maluerit,  
„cum idem suae Majestatis est, ha-  
„beat facultatem. Item Servientes  
„Nobilium, videlicet, aratores, fa-  
„bri, praediales, et factores, victum  
„et amictum de curiis Nobilium ha-  
„bentes, ad connumerationem prae-  
„dictam non computentur, etiamsi  
„Nobilis esset provisionis Curiae,  
„quorumcunque Nobilium una per-  
„sona Nobilis ab ingressu exercitus  
„supportetur. Sed et senescali, da-  
„piferi, pincernae supportentur in  
„propriis personis. Et quia Castra  
„Regnicolarum sine provisione re-  
„linqui non possunt, igitur Castris  
„in eisdem secundum necessitatem  
„eorundem juxta aestimationem Con-  
„numeratorem electorum, Castella-  
„nus, vel Castellani relinquuntur:  
„ex duobus enim Castellanis unus  
„remittatur, alter exercituare com-  
„pellatur.

Prae-

„ Praeterea sunt plures Nobiles,  
 „ qui quodammodo Statum Baroniae,  
 „ seu alium honestum Statum ultra  
 „ ceteros Nobiles habent, tales pro  
 „ honestiori Statu suarum uxorum  
 „ Nobiles in numero juxta aestima-  
 „ tionem dictorum Connumerorum  
 „ in domibus suis relinquere poterunt,  
 „ omnium tamen talium Castellano-  
 „ rum et Nobilium fenescali, dapife-  
 „ ri, pincernae, provisionis Curiae  
 „ per Connumeratores ante connume-  
 „ rationem in hujusmodi eorum offi-  
 „ cio repertorum, ex quacunque cau-  
 „ sa domi manentium, Jobagyones  
 „ connumerentur per Connumerato-  
 „ res praenotatos. Item Magistri  
 „ Protonotarii, et sex Assessores ju-  
 „ rati, Judicantes, et Procuratores  
 „ Regni exercituare non teneantur,  
 „ sed quilibet eorum pro se mittat  
 „ unum pharetrarium, et quod eo-  
 „ rum Jobagyones connumerentur,  
 „ atque Judices Nobilium ab ingres-  
 „ su exercitus non remittantur, sed  
 „ exercituare teneantur. Item ex  
 „ pluribus fratribus in uno victu ex-  
 „ istentibus unus eorum pro aliis  
 „ exercituare possit, et quamvis sti-

„pendium receperit, per hoc fratres  
 „fui non sint exempti a praesenti  
 „exercitatione, sed unus eorum  
 „exercituare teneatur modo praemisso,  
 „Ceterum nullus exercituans in domi-  
 „bus Nobilium quorumcunque de-  
 „scendere ausus sit, nisi adfuerit vo-  
 „luntas illius Nobilis, et quod om-  
 „nes exercituantes univēsa vi-  
 „ctualia in descensibus ipsorum,  
 „secundum priorem cursum victuali-  
 „um, in quo vendebantur prius,  
 „quam exercitus illac veniret, us-  
 „que ad locum deputatum, ubi con-  
 „stitui debebunt, emere, et com-  
 „parare teneantur, Constituti tamen  
 „in loco deputato, emant, et com-  
 „parent victualia, quae poterunt,  
 „pretio: ubi autem prout haetenus  
 „sunt assueti, ipsa victualia sine  
 „solutione quispiam accepit, ex tunc  
 „tam descendentes in domibus No-  
 „bilibus praeter voluntates eorundem,  
 „quam victualia dirigentes juxta for-  
 „mam Decreti Pestiensis puniantur.  
 „Item quicumque Regnicolarum exer-  
 „citantium cujuscunque Status, et  
 „praecminentiae existat, Nobilis sci-  
 „licet et Ignobilis, de exercitu su-  
 „pra

„ pra dicto clandestine, vel aliter  
 „ qualitercunque recesserit, talis om-  
 „ nia Bona et Caput amittat eo fa-  
 „ cto, absque tamen poena Domini  
 „ talis recedentis, si fuerit idem si-  
 „ ne dolo, et fraude, super quo idem  
 „ Dominus ipsius recedentis praesta-  
 „ re debeat juramentum, quod recesserit  
 „ sit sine voluntate sua,

„ Deinde viduae, orphani, de-  
 „ biles, ac membris orbat, senes,  
 „ pueri, et alij quilibet, qui tali de-  
 „ fectu tenentur, qui personaliter exer-  
 „ cituare non possent, tales non te-  
 „ neantur exercituare; pro personis  
 „ tamen eorum propriis singuli eo-  
 „ rum mittere teneantur, quorum eti-  
 „ am Jobagyones, sicut ceterorum  
 „ connumerentur. Tandem regnicolae  
 „ teneantur post admonitionem horum  
 „ Regionum, infra viginti quinque die-  
 „ rum spatia, secundum connumera-  
 „ tionem insurgere, et illac, quo Rex  
 „ jusserit, procedere, ita ut ipso vi-  
 „ gesimo quinto die in loco deputa-  
 „ to constituentur: et a die illa, in  
 „ qua illic constituentur, praefati  
 „ tres menses debeant computari. Item,

N 5

„ quod



„ quod a Festo Circumcisionis Domini  
 „ ni proxime praeterito usque ad  
 „ illud festum Circumcisionis Domini  
 „ in alia revolutione annuali ventu-  
 „ rum, et non ulterius regnicolas Do-  
 „ minus Rex ad levandum exercitum  
 „ connumeratum compellat. Praete-  
 „ rea si tam magna potentia inimico-  
 „ rum contra hoc Regnum veniret,  
 „ quod Dominus Rex cum sua poten-  
 „ tia, ac Praelatis ac Baronibus suis  
 „ et exercituatione praemissae dispo-  
 „ sitionis dictorum inimicorum po-  
 „ tentiae resistere non posset, ex  
 „ tunc Universitas regnicolarum per  
 „ singula capita cum equitibus, et  
 „ peditibus eorum insurgere, et pe-  
 „ nes Dominum Regem exercitualmente  
 „ venire debeant, tamdiu donec ne-  
 „ cessitas exposceret. Postremo si  
 „ aliquis Baronum spiritualium, vel  
 „ secularium, nec non regnicolarum  
 „ Majorum, vel Minorum, praemissa  
 „ facere non vellet, notam perpetuae  
 „ infidelitatis incurrat; Sed haeredes  
 „ ejusdem propter hujusmodi notam  
 „ infidelitatis jus proprium non amit-  
 „ tant; nec propter hoc iidem haere-  
 „ des infideles habeantur.

„ Nos

„Nos igitur acceptis articulis  
 „praenotatis, maturaque super eis  
 „deliberatione praehabita, eos et om-  
 „nia in eis contenta, cum ad uti-  
 „litem Reipublicae, commodumque  
 „Regni nostri, ac praecipuam ejus-  
 „dem defensionem ab universis ho-  
 „stibus, utiliter, et integerrime com-  
 „plecti videantur, rata habuimus,  
 „et admisimus, omnesque eos et sin-  
 „gulos eorum inviolabiliter observare,  
 „complere et exequi promittimus,  
 „et volumus cum effectu. In quo-  
 „rum omnium testimonium praesen-  
 „tes litteras nostras, Universitati Prae-  
 „latorum, Baronum, et Nobilium  
 „Regni nostri duximus concedendas.  
 „Datum Zegedini, praedicta in Con-  
 „gregatione generali, in vigilia Epi-  
 „phaniarum Domini, anno ejusdem  
 „MCCCCLIX. a)

Cum vi Decreti hujus consue-  
 ta alias exercituandi norma in non-  
 nullis punctis immutata sit, Mathias  
 Rex, auditis Statuum et Ordinum pre-  
 ci-

---

a) Páry Annal. Reg. Hung. ad annum 1459.

eibus, totam Infurrectionis methodum in Comitibus Anni 1471, ad eam, quae tempore Sigismundi Regis viguit, reduxit. a) Sed quia onus insurgendi Nobilitati nimium grave videbatur, in Comitibus Anno 1478 celebratis florenum unum, denarios 100. efficientem b) de singulis portis Jobagyonum, incluso lucro Camerae, tam hoc, quam sequuturis quinque annis se se soluturos sponderunt, ea conditione, ne spatio integri quinquennii contra quoscunque inimicos exercituare teneantur, excepto duntaxat, si Romanorum et Turcarum Imperatores, et Poloniae, Bohemiaeque Reges, ac Basa Romaniae cum exercitu Regnum personaliter invaderent. c) En reluitionem  
In-

---

a) *Item; quod in exercituacione, et levacione Banderiorum, Praelatorum, et Baronum nostrorum, ac exercitus generalis Regnicolarum; teneatur idem modus, qui fuit tempore quondam dicti Domini Sigismundi Regis. Dec. III. Art. 7.*

b) *Id est unum aureum. Unus enim florenus auri, aequivalebat 100. denariis Regalibus, uti ex Art. 5. Decr. V. an. 1481 patet.*

b) *Decret IV. Anno 1478. Art. 2. 3.*

Insurrectionis! quam nunquam in usu fuisse nonnulli leges patrias non expendentibus sibi falso persuasere. —

**XCVIII.** Militia taliter consti- Victoria  
tuta, mirum non fuit, totum Ma-  
thiae regimen aliud non fuisse, quam  
continuam quasi victoriarum et tri-  
umphorum de hostibus reportatorum  
seriem. Enimvero Joanne *Giskra* de  
Brandeis, Comite Sarosienſi, qui ac-  
citis in societatem armorum Bohemis  
superiorem Hungariam longo jam tem-  
pore infestam reddebat, partim be-  
nignitate, partim metu armorum in  
ordinem redacto, conjuratisque qui-  
busdam Proceribus domitis, constan-  
tem hac ex parte pacem Hungariae  
procuravit. Devictis semel atque ite-  
rum Turcis, universum *Ramae* seu  
*Bosniae* Regnum cum XXVII Civita-  
tibus et Oppidis in suam redegit pote-  
statem. *Transilvanos* rebelles, et *Mol-*  
*davos* clientelae Tutcarum se subj-  
cientes ad obsequium revocavit. Mora-  
viam, Silesiam, Lusatiam, Coronae  
Regni Hungariae adjunxit. Casimi-  
rum Poloniae Regem Hungariam ho-  
stiliter invadentem, caesa magna exer-  
ci-

citus ejus parte, ejecit, et profligavit. *Austriam inferiorem* cum urbe *Vienna*, *Stiriam*, praeterea *Carinthiam*, atque *Carnioliam*, *Friderico* Caesare ansam belli praebente, occupavit, et usque ad finem vitae tenuit. *Serviam* *Turcarum* dominatui ereptam Regni finibus restituit; *Transilvaniae* vero XXX milibus *Turcarum* in campo *Kenyérmező* inter necione deletis, pacem et tranquillitatem restituit. — Quibus rebus praecclare gestis nomen ejus usque adeo excreverat, ut universus eum orbis veneraretur, et timeret, et non solum *Christiani Principes*, verum etiam *profani*, huc missis e remotissimis partibus *Oratoribus* instarent, et amicitiam anhelarent, a)

Statua  
Retarii.

XCIX. Tot, tantaque bella continuo gesta, tum immensus luxus, qui in Aula Regia constanter regnabat, incredibilis praeterea pecuniarum summa, quae in aedificia publica, scientiarum, et artium promotioni

a) Bonfin. *Res. Hung.* Decad. IV. Lib. VIII.

tionem, Regnique totius ornatum quotannis impendebatur, enormes sumptus exigebant, ut adeo, ordinariis Regni Regisque proventibus haud sufficientibus, extraordinaria, eaque gravissima a Regnicolis subsidia postulare coactus fuerit. Immensam haec summam constituisse in propatulo est, cum a singulis Portis majoribus unus florenus auri, uti jam supra dictum est, dependi debuerit; quae res frequentibus, gravissimisque querimoniis, imo seditionibus etiam ansam praebuit. Quanquam fatendum est, nullam inde sive querelarum seu turbularum justam Regnicolis causam datam esse, primum ideo, quod extraordinaria haec subsidia nunquam imperante, sed petente semper Rege a) nec unquam Regnicolarum ingratis, sed eo-  
rum

---

a) *Serenissime Princeps! quamvis a magno tempore satis sumus gravati, tamen considerata opportuna necessitate, attenta etiam petitione Majestatis vestrae - - - contribuimus hoc anno de singulis portis Jobagyonum nostrorum, florenum unum, cum lucro Camerae computando Decr. IV. 1478. Art. I.*

rum libera, et spontanea oblatione, et quidem semper in Comitibus Regi data, solutaque fuerint, denique quod, quoties id factum est, Rex semper vel publica lege, vel solenni instrumento caverit, insolitam ejusmodi *Collectam* nulli unquam Regnicolis damno, ac praejudicio futuram a) cumque nec extraordinaria haec  
sub

---

a) *Ut igitur quemquam hic hac vice facta impositio pecuniae non moveat, vel apud aliquos nostra Regno dudum facta promissio pejorem in partem non interpretetur, sed et omnibus constet nostra superinde voluntas, volumus decernere, aliquas inconsumptas Collectas recipere, aut recipi facere, nec similitum taxarum receptionem in usum venire, neque contra eos, quantum in Nobis est, sive nostris, sive successorum nostrorum Regum temporibus pro consuetudine eorundem Praelatorum, Baronum, et Nobilium Regni nostri, et suorum Successorum habere, nec libertatibus eorum quoque modo praesudicari, et hoc promittimus in verbo nostro Regis, harum nostrarum litterarum vigore, et testimonio mediant. Datum Istropoli, sive Posonii 28 die Septemb. Anno Domini MCCCCLVIII. Regni nostri anno undecimo, Coronationis vero quinto. Exstant litterae hae asse-*

subsidia fufficerent, et Rex Mathias<sup>66</sup>  
 ., Praelatos, univerfumque Hungariae  
 ., Clerum opibus abundare cerneret,  
 ne

curatoriae in Annal. Reg. Hung. Cl.  
 Pray ad annum 1468.

*Nihilominus eis pro futuro promittimus, quod nunquam aliquod subsidium, aut aliquam taxam extraordinariam ad quascunque necessitates Regni ab eis contra eorum voluntatem exigere faciemus; eosque, et quemlibet eorum, sicuti Majorem, sic et Minorem, quia in omnibus desiderant, et affectant nobis complacere, in antiquis libertatibus eorum, specialiter autem in dicatione, et - - - tributo Fisci Regalis, sive lucri Camerae semper eum modum, et ordinem observabimus, et faciemus observari, qui tempore quondam Sigismundi Regis observabatur - - - Datum Budae, 25 die conventionis praenotatae, anno Domini MCCCCLXX. Regni nostri anno duodecimo, Coronationis vero sexto. Pray*  
 In Ann. Reg. Hung. ad annum 1470.

Quod nos de cetero nullam dicam sive taxam (praeterquam lucrum Camerae) generaliter a Regnicolis, propter aliquam causam exigamus aut exigere faciamus, praeter voluntatem eorum, et consensum:  
 Dec. III. 1471 Art. II.



„ne bello Bohemico idonea sibi de-  
 „essent stipendia, ad eos variis ti-  
 „tulis exspoliandos applicuit animum:  
 „qua in re ultra modum ei gratifi-  
 „tus fuit Laurentius Roborella, id  
 „temporis Nuncius pontificius, qui  
 „quod et bellum Bohemicum, et Tur-  
 „cicus pro sacro haberet, *Mathiae*  
 „autor fuit, ut et ecclesiarum the-  
 „sauros in militum stipendia conver-  
 „teret, et Regni sui sacerdotia vecti-  
 „galibus eum in finem oneraret. Cu-  
 „jus consilio, et autoritate anima-  
 „tus *Mathias* antistites, abbates,  
 „praepositos, capitula atque coeno-  
 „bia ad determinatam redituum annuo-  
 „rum partem tanquam ultra congruam  
 „sustentationem redupndantem, atque  
 „superfluam Aerario suo pendendam  
 „adegit. a) Interim publica lege in Co-  
 „mitiis anno 1471 lata haec Cleri  
 taxa cessavit. b)

C.

a) Cl. Palma Notit. Rer. Hung. P. II. ad annum 1470.

b) *Quod viri Ecclesiastici, neque Majores neque Minores, deinceps dicentur, aut aliqua taxa graventur.*

Ta-

C. Multae sub hoc Rege leges latae sunt, quibus et internae Regni securitati prospectum, et antiqua judiciorum norma multis in partibus immutata, et disciplina Regularium multum collapsa ad pristinum vigorem revocata, et militum in domesticos cives, praesertim vero miseram plebem rusticanam, grassantium excessus repressi, et denique praepotentiae Procerum frena injecta sunt; quae leges in Decretis corpori Juris insertis legi possunt.

CI. Has inter curas dum Rex Obiit. vix trigesimum secundum regiminis annum, aetatis vero XLVII. attigisset, Viennae Austriae (anno 1490) vivere, et regnare desiit. Cujus mortem dum Hungari audivissent, „tanto repente metu percussi sunt; „ut una cum principe pristinam virtutem, robur, et audaciam et nomina amisisse viderentur. Quin etiam

O 2                    ostendit

---

*Tamen illi ex eis, qui exercituare tenentur, id faciant secundum antiquum modum. Dec. III. 1471. Art. 24.*

„ostenderunt, se potius a Rege vires,  
 „animos, et consilia, quam Regem  
 „haec ab eis habuisse. Una cum  
 „ipso decus, fortitudo, nomenque  
 „Pannonicum concidisse visum est --  
 „Eum itaque cuncti vicatim, oppi-  
 „datimque deplorarunt, et praeteri-  
 „tis futurisque Regibus anteposue-  
 „runt.,, a)

Uind-  
 elius II.

CII. Mortuo Mathia Rege, de-  
 cus, fortitudinem nomenque Hunga-  
 rorum collapsurum non vanum pluri-  
 mum omen fuisse, tristis eventus docuit.  
 Cum enim *Joannes Corvinus*, filius  
 nothus Regis Mathiae, praeclara sua  
 indole, ac insigni animi fortitudine  
 magno suo Genitori simillimus, Ma-  
 ximilianus Rex Romanorum, maxi-  
 mae spei Princeps, tum Albertus,  
 Casimiri Poloniae Regis filius secun-  
 do genitus egregiis animi dotibus  
 praeditus, pro Corona Regni Hun-  
 gariae competiissent, infelici quodam  
 fato Proceres Hungariae obcoecati,  
 re-

a) Bonfinius Rer. Hung. Decad. IV. l. 8.  
 ad calcem.

rejectis his praestantissimis Candidatis, ad Uladislauum, Bohemiae Regem, eligendum deflexerunt,

CIII. Sed quantus stupor paulo post omnium animos occupavit, dum novum suum Regem desiderem, ignavum, timidum, et minimum laborem non ferentem observarunt. a) Quidquid ei a Ministris proponebatur, *Ungaris quidem, quorum linguae ignarus erat, latino vocabulo bene, Bohemis autem vernaculo ipsorum verbo dobrsze, quod idem cum priore sanat, respondebat.* b) Ministrorum consilia coece sequebatur; Procerum amorem insana quadam liberalitate, id est prodigalitate mercari studebat, manifestas injurias ultas abire sinebat. -- Haec et plu-

O 3

ra

a) *Fremebant passim plebs Principesque, vacas Regia indignae Majestate audiebantur, quippe - - - Uladislauum segnem, desiderem, ignavum appellabant, utpote cujus animum nec gloriae cupiditas tangeret, nec infamiae turpitudine morderet. Tubero Comment. l. VII. §. XVI.*

b) *Dubravius in Hist. Bohemiae L. XXXI.*

ra alia Regi Uladislao Scriptorum eius temporis plerique objiciunt, quamquam forte ultra modum exaggerantes. Id certum est, eum nimis lenem, et a belli studiis prorsus alienum fuisse; cum tamen ad moderandam tam bellicosam gentem, Proceresque adeo potentes, et partium studiis disjunctos in freno tenendos severitatem mixtam clementiae, tum martialem quendam spiritum universae nationi proprium eum praesefere, oportuisset.

Monetur  
Proce-  
ribus.

CIV. Nimia haec Regis mollities multorum Procerum, qui mala inde in Rempublicam Hungaricam sequutura praevidebant, animos vehementer commovebat. Ut adeo non defuerint, qui et privatim eum hanc ob rem admonerent, et publice arguere haud vererentur. „Eodem in Consilio (verba sunt Bonfinii coevi Scriptoris) Rex omnium prope Pontificum et ex Primoribus imprimis Stephani Palatini, et Laurentii (de Vilak) Ducis, multorumque aliorum Nobilium gravibus vocibus et acerbioribus querelis exagitatus, atque con-

„conscriptus est, quod belli jam  
 „pridem, reique militaris memoriam  
 „et curam omnem deposuisset, et in  
 „Budensi Arce otiosus et iners se  
 „contineret. a) Sed omnia haec  
 „media irrita fuerunt.

CV. Quam tristes inde sequelae <sup>Majestas Regia vilafcato.</sup>  
 enatae fuerint, quis fatis verbis ex-  
 plicare potest? — Enimvero Maje-  
 stas Regia passim evuluit, Rex vero  
 infelix cum a Primoribus contemne-  
 batur, tum ipsius vulgi dicteriis per  
 vicos ac plateas proscindebatur. „Tot  
 „rebus secundis (verba sunt Baronis  
 „Herbersteinii, qui Maximiliani Cae-  
 „saris nomine in Aula Uladislai Le-  
 „gati munere fungebatur) ferociores  
 „et insolentiores facti Hungari be-  
 „nignitate, et lenitate Regis abute-  
 „bantur ad licentiam, desidiam, fa-  
 „stum, quae vitia eo tandem evase-  
 „re, ut Rex ipse contemptui habe-  
 „retur. — Primores Regni ac prae-  
 „cipue Praelati luxu pene incredi-  
 „bili diffuebant, et certabant qua-

Q 4

si

a) Bonfin. Rer. Hung. Decad. V. l. 3.

„ si aemulatione quadam inter se,  
 „ tum cum Baronibus, ut alios pro-  
 „ fusione, et splendore vincerent;  
 „ iidem Nobilitatem partim beneficiis  
 „ ac proëmiis, partim etiam potentia  
 „ et metu sibi obnoxiam tenebant,  
 „ ut plures ostentatores haberent, ac  
 „ eorum studiis, et acclamationibus  
 „ in publicis Conventibus iuvarentur.  
 „ Mirum dictu, qua pompa, quo ap-  
 „ paratu, ac quibus equitum utrius-  
 „ que armaturae copiis Budam sunt  
 „ ingressi, praecincentibus tubicinibus  
 „ quasi ad cuiusdam triumphi speci-  
 „ em. Porro in Regiam cum irent,  
 „ aut inde redirent, tanto deducen-  
 „ tium, et stipatorum Comitatu un-  
 „ dique septi incedebant, ut vici, et  
 „ plateae vix catervam caperent. Cum  
 „ vero prandendum esset, tota urbe  
 „ ad aedes cuiusque tubae non aliter  
 „ atque in Castris resonabant, et  
 „ ducebantur prandia in multas ho-  
 „ ras, quae somnus et quies exci-  
 „ piebant. a) Dum Comitia Regni  
 „ celebrabantur, non Regis, sed Pro-  
 ce-

a) *In Comment. Rer. Moscov. pag. 145.*

„cerum auctoritate cuncta agebantur;  
 „Rege, quidquid illis placuisset,  
 „annuente, ac eas etiam Leges, qui-  
 „bus jura Majestatis Regiae mani-  
 „feste diminuebantur, subscribente. a)

O 5

Nec

a) *Plures ejusmodi Leges in Codice juris reperiuntur, quales sunt Decr. I. Art. 9. Regia Majestas liberam habeat potestatem conferendi usque ad 100 Subagiones (subditos) proprio motu quibuscunque voluerit, ultra autem 100 tantum cum consilio Praelatorum et Baronum.*

*Art 83. Si quispiam Regionum infidelium ex confidentia ad aliquem Dominorum vel Amicorum suorum confugeret, poterit eum ille suscipere, et infra 40. dies, sed non ulterius apud se, vel in domo sua impune conservare.*

*Art. 107. Nec Regia Majestas raptoribus, incendiariis, spoliatoribus, et occupatoribus Bonorum quorumcunque et malefactoribus gratiam faciendi habeat facultatem.*

*Decr. II. Art. 2. Universae donationes Regiae Majestatis contra seriem, et continentiam ipsius articuli (nempe 9. Dec. I.) factae vel deinceps fiendae vanae, cassae, et viribus caritativae relinquuntur.*

*Art. 26. Ad dicaetam non electos de Comitibus, sed singulos Dominos Praelatos,*



„Nec hoc satis. Eo res processit,  
 „ut praefertim, qui dubia in Regem  
 „erant fide, non modo eum veluti  
 „ignavum hominem contemnere, sed  
 „etiam nova in illum consilia inire  
 „coeperint, Principis vel lenitate  
 „vel ignavia inquietis omnibus au-  
 „dacious incitante, a)

Aerari-  
 um diri-  
 picur.

**CVI.** Nimia Regis liberalitate, tum infideli proventuum Regionum administratione, ac Procerum etiam direptione Aerarium Regium adeo exhaustum fuit, ut Rex Bona et proventus Coronae, Tricesimas, auri, argenti, falisque fodinas, ipsas etiam Regias Civitates privatis inscribere, et oppignorare coactus fuerit. b)  
 Quam infideles autem Aerarii Regii administratores fuerint, vel inde patet, quod, cum Nobilitas Regi objec-

---

*tos, et Barones, Proceresque et Nobiles Regni convocare dignetur.*

*Dec. V. Art. 9. Externis nationibus nulla jura possessionaria ecclesiastica videlicet et secularia conferre possit.*

a) Tubero Commentar. l. V. §. 2.

b) Vide Uladislai Dec. VII. Art. I.

cisset, populum Hungaricum intra sex annos duos milliones octies centena millia aureorum nummorum dependisse, Rex ex tanta summa non nisi sexaginta millia nummorum se accepisse responderit. Unde universa Nobilitas exclamavit, „ferendum non esse, ut dica imponatur, nisi in Regias manus tota perveniat; imo vero in eos, qui peculatum fecerint, quaestionem constituendam esse, nec dicas in privatas necessitates converti cum tanto Regni detrimento permittere oportere“ a) Quae legenti mirum jam non videbitur, Uladislauum Regem eo tandem inopiae devenisse, ut et aes alienum, minutis etiam in summis, mutuo levare debuerit, et saepenumero ipsam penum, ac cellam vinariam vacuam, non sine ludibrio Majestatis Regiae, experiri coactus fuerit. b)

## CVII.

a) Bönfin. Rer. Hung. Decad. V. l. V.

b) *Videram* (inquit Dubravius, Scriptor Bohemicus) *quando Ministri Aulici cum aliquot lagenis vacuis ad domum Gregorii Episcopi Quinqueecclesiensis cucurrerunt,*  
vi-

Discer-  
diae Pro-  
cerum.

CVII. Quid? quod Rege ad tot  
populos in obsequio continendos fa-  
tis animi non habente „ metu omni  
„ deposito, non ejus jam solum jus-  
„ sa infringere, verum etiam sanctissi-  
„ mas ad communem omnium salu-  
„ tem, et securitatem leges a De-  
„ cessoribus latas violare, debiliores  
„ opprimere, Bonis, et Facultatibus  
„ pro libidine exspoliare, acquisi-  
„ mis summorum etiam Regni Tribu-  
„ tualium sententiis vim, et arma op-  
„ ponere, Ordines Regni mutuis odiis,  
„ et infectationibus se se lacesere,  
„ potentiores familias non animis so-  
„ lum, verum et armis invicem de-  
cer-

---

*vinum pro Regis prandio impetratum; interrogat Episcopus, an vinum in Arce non haberent? nec ullum quidem obsequium, responderunt. Hist. Bohem. L. XXXI.*

*Iste Vladislaus Rex fuit valde bonus, et taciturnus: et Hungari contempserunt eum propter suam taciturnitatem; et fuit etiam liberalis. Et videntes hoc Hungari omnia petierunt ab illo. Et in tanta necessitate fuit propter hoc, ut a Budensibus tanionibus ad Rovásf omni die portarent carnes ad culinam suam. Heltai in Chron. Hung. An. 1575. typis excuso p. 205.*

certare, ita denique, quasi nemo  
 jam imperaret, cuncta pro arbitrio  
 agere, apud Hungaros brevi in mo-  
 rem abierit. In communi ea Rei-  
 publicae perturbatione non parum  
 et facultates Cleri, et auctoritas  
 diminuta fuere; plurimum autem  
 pertulit equestris Nobilium Ordo,  
 cujus libertates, et praerogativae  
 per opulentiores, ac quasi tyra-  
 nidem affectantes Dynastas aliquot  
 non mediocriter fuere restrictae. a)  
 Hinc vero discordiae Procerum intra  
 se, cum Statu Ecclesiastico, cumque  
 Ordine equestri plurimae, gravissi-  
 maeque exortae: Hinc Castrorum in-  
 vasiones, Bonorum direptiones, Civi-  
 tatum, Oppidorum, Villarum inju-  
 stae occupationes, incendia, spolia,  
 rapinae, et infinita alia mala in to-  
 to Hungariae Regno subsequuta: b)

Sta-

---

a) Palma Notit. Rer. Hung. de Ulad. §. VI.

b) In Decretis, sub Uladislao II. editis, plurimae reperiuntur leges, quibus enormes hi excessus commemorantur, et ne ulterius fiant, sub poena *perpetuae infidelitatis*, sub poena *perpetuae servitutis et rusticitatis* prohibentur: Sed nullo nisi exiguo effectu.

Statuta et Decreta Regni *palam* et *aperte* violata: a) omnia denique ad anarchiam quamdam, aut si quid pejus cogitari potest, devoluta fuerant.

Seditio  
rusticana

CVIII. Hae potissimum Regni confusiones, omniumque Ordinum scissionses plebi rusticanae ad *cruciatam* expeditionem contra Turcas male fano consilio indictam confluenti animos indiderunt, arma contra universam Nobilitatem, inaudita usque ad eam diem Duce quodam Georgio Dosa seditione excitata, movendi. Horror est ejus temporis Annales legere, quot viri praestantissimi, sacri et profani ordinis, quot Magna-

---

b) *Quicumque contra Statuta Decretaque hujusmodi temerario ausu violare praesumpserit (prout hactenus per plerosque Potentes fieri solitum erat) talis, si fuerit Praelatus, aut altera persona ecclesiastica in amissionem Praelaturae vel alterius dignitatis et beneficii: Si vero Baro vel Nobilis, in amissione universorum Bonorum suorum convincatur eo facto, et perpetuus Regiae Majestatis ac Regni infidelis et exul habeatur. Uladisl. Dec. VI. An. 1507. Art. 8.*

gnates, et Nobiles crudelissima morte enecati, quot nobilissimae matronae et virgines violatae, quot Civitates, Oppida, et Pagi incendijs, rapinis, et spolijs deleti, aut magna in parte destructi fuerint. Actum erat de salute Patriae, nisi insurgentis Nobilitatis fortitudine, tum Joannis de Zapolya, Vaivodae Transilvaniae, invicto robore faeda haec vilissimae plebis colluvies, quae jam C. et ultra millia hominum sub suis signis numerabat, devicta, dispersaque fuisset. a)

## CIX.

a) *Ex hoc tempore universi rustici in Regno Hungariae ubilibet residentes (demittis - - iis, qui in vera fidelitate perstiterunt) amissa libertate sua, qua de loco in locum recedendi habebant facultatem, Dominis suis terrestribus mera et perpetua rusticitate sunt subjecti: ut nempe hujusmodi proditiois eorum memoria atque temporalis poena etiam ad posteros eorum diffundatur, et transeat, et quam enorme facinus sit, in Dominos insurgere, omne seculum agnoscat. Uladisl. D. VII. An. 1514. Art. 14.*

Regni di-  
minutio.

CIX. Ad cumulum reliquorum malorum id quoque pertinet, quod neglecta fortalitorum, et limitum cura, tum Procerum aut Alberto Polono, aut Maximiliano Caesari adhaerentium, vel in mutuum ruinam conspirantium factionibus illa amplitudo, ad quam Regnum Hungariae sub Mathia Rege pervenit, multis amissis Provinciis; haud parum diminuta sit. Austria, Stiria, Carinthia, et Carnioliā Maximiliano (praeter C. mille aureos titulo expensarum numeratos) restituta; complures Dalmatiae insulae et civitates a Venetis occupatae, Moldavia a Corona Regni Hungariae avulsa; Silesia, Lusatia, et Moravia ab Hungarica administratione separata; ipsius etiam Regni Hungariae partes nonnullae Dominatui Austriaco subjectae fuerunt. Fortuna certe maxima fuit, quod Turcae, cladium sub Mathia Rege acceptarum adhuc memores, toto Uladislai tempore (si exiguas aliquot expeditiones demas) nullum contra Hungariam bellum suscitaverint.

CX. Non defuere tamen com-<sup>Leges,</sup>  
 plures Antistites et Proceres, qui <sup>sed incau-</sup>  
 sincero Patriae amore inflammati, tot <sup>sum latae</sup>  
 tantisque ejusdem malis tam dome-  
 sticis, quam externis medelam ad-  
 ferre conati sunt. Hinc sapientissi-  
 mae in Comitibus frequenter celebra-  
 tis latae sunt Leges, politicae non  
 minus, quam judiciales, et oecono-  
 micae, quibus Respublica labefactata  
 confanari, imo ad pristinum etiam  
 florem revocari potuisset, si tantus  
 in observandis, quantus in condendis  
 legibus fervor observatus fuisset.

CXI. Sed praesertim in re mi-  
 litari, quae sub Uladislao Rege pari-<sup>Leges</sup>  
 ter defluxit, constabilienda, coordi-<sup>Militarum</sup>  
 nandaque multum laboratum fuit.  
 Cum enim, nervo belli penitus acci-  
 so, Regioque Aerario, uti supra ex-  
 posuimus, prorsus exhausto, militia  
 stipendiaria eo numero, ad quem sub  
 Mathia Rege deducta est, ali ampli-  
 us non potuerit, id magno studio  
 actum est, ut saltem nationalis mili-  
 tia, recte ordinata Insurrectione, ita  
 constitueretur, ut defendendae Pa-  
 P triae,



triae, et si res ferat, removendis etiam hostibus sufficiat. Leges hunc in finem pronunciatas in compendio adferemus, vel ea praecipue inducti ratione, quod multa in iis reperiantur, quae ad illustrandas anteriorum Regum Constitutiones, veteremque pugnandi modum demonstrandum non parum conferre posse existimamus.

Stipendiarii Regii.

CXII. Praeprimis de stipendiariis Regiis conclusum est. 1mo. Ut Rex de proventibus suis Regalibus necessarium pro defensione Regni et confiniorum Officialium et militum numerum servare, et stipendiis providere teneatur. a)

2do. Si Rex extra Regnum pro suo commodo et utilitate bellum gerere velit, id cum suis stipendiariis faciat; adeoque tali casu nec Praelati, Barones, et Nobiles ad bellum, nisi sponte velint, proficisci, nec Banderia sua, et gentes mittere teneantur, nisi forte aliquis eorum intra stipendiatas Regios stipendia mereretur. b)

3tio.

a) Ulad. Dec. I. Art. 17.

b) Dec. I. Art. 19.

3tio. Quodsi etiam Regnum ipsum vel confinia ejus hostis invaderet, tamen Rex tantum cum stipendiariis suis Regiis eidem resistere pro viribus debet. a)

4to. Stipendiarii Regii regnicolas non depraedentur; contravenientes pro demerito puniantur. b)

CXIII. imo. Si Stipendiaria Regis militia hostibus Regnum aut confinia invadentibus propriis viribus resistere non posset, exercitus generalis, sive Infurrectio indici, et promulgari debet. c)

Infurrectio generalis.

2do. Promulgari tamen non potest, absque speciali consensu, et voluntate Regia. d)

3tio. Indicto vero exercitu generali, Regeque, vel Palatino, vel alio Generali Regni Capitaneo pro tempore constituto ad castra movente, universi Praelati, Barones, et Nobiles cum Banderiis et gentibus

P 2

mo-

a) Ibidem §. 2.

b) Ibidem Art. 1.

c) Ibidem Art. 19. §. 3.

d) Dec. III. Art. 18. §. 1.

modo et ordine praescripto ad bellum proficisci tenentur. a)

Ordo In-  
surrecti-  
onis.

**CXIV.** Si Regia militia Stipendiaria Regnum, et limites satis defendere nequiret, tali casu

1mo. Archiepiscopi, Episcopi, et ceteri viri Ecclesiastici banderiatii, et non banderiatii, decimas tamen habentes, Banderia et gentes suas levare, et illo, quo opus, mittere, et illic, donec necessitas postulat, conservare teneantur.

2do. Nec his sufficientibus, Banderia et gentes Dominorum Baronum in auxilium mitti debeant.

3tio. His cum militia Regia, et Ecclesiasticorum hosti resistere non valentibus, ceterorum Nobilium gentes in succursum mittendae. b)

4to. Tandem nec his sufficientibus sequitur personalis totius Nobilitatis Insurrectio. Declaratur porro

5to. Banderia et gentes tam Regiae Majestatis, quam etiam Praelato-

a) Decr. I. Art. 19. §. 4.

b) Decr. V. Art. 24.

torum, Baronum, ceterorumque Regnicularum, necessitate exposcente, ultra limites etiam, metasque Regni exercitualmente egredi teneri. *Nullae enim his metae praefiniuntur.* Contra autem

6to. Praelatos, Barones, et ceteros Nobiles, indicta generali Insurrectione ultra limites Regni, nisi ipsi velint, nullo in casu ire obligari, *antiqua eorum libertate id requirente*, demtis tamen iis, qui in militia Regia stipendia merentur. a)

7mo. Ne autem Regnum ab hostibus, repentina quapiam invasione detrimentum quodpiam capiat, „placuit universis Regnicolis, quod in „omni Comitatu per totum Regnum „Hungariae gentes ipsae (Banderia „nempe, et gentes Regnicularum) „sub nota perpetuae infidelitatis. . . „deinceps semper paratae teneantur. b)

CXV. Ne autem quibuscunque dubiis, aut disceptationibus locus pa-

Banderia  
in genere

P 3

te-

a) Decr. I. Art. 18. Decr. III. Art. 17.

b) Decr. III. Art. 18.

teret, communi Regnicolarum consensu ordinatum fuit:

imo. Ut sub unoquoque Banderio integro quadringenti, sub medio vero 200 homines exercitantes, pro una medietate armigeri, pro alia vero levis armaturae, vulgo *Huszarnes* nuncupati; esse debeant. a)

2do. Declaratum praeterea fuit, quinam ad classem Banderiatorum pertineant; quae res ut ad plenam claritatem ponatur, quamvis classem separato §. pertractare opus videtur.

Banderia  
Regalia.

CXVI. Primam classem Banderiorum constituunt *Regalia*, quorum unum Rex pro sua Persona, reliqua pro supremis finitimarum Provinciarum Praefectis, Vaivoda nimirum Transilvaniae, Comite Sicularum, Bano Croatiae, et Comite Temesienſi (praeter militiam Stipendiariam, nec non eam, quae ad tuitionem finitimarum Castrorum necessaria erat) *de suis proventibus Regalibus intertenebat, et necessario tenere habebat;* consistebat autem

1.

---

a) Decret. I. Art. 20.

1. Bander. Regale ex equitibus.	1000
2. Vaivodae Transilvaniae, ..	400
3. Comitibus Siculorum, .. ..	400
4. Bani Croatiae, .. ..	400
5. Comitibus Temesiensis a) ..	400

---

*Summa* .. 2600

Banderia haec constituebant militiam praetorianam Regis, et supremorum in finitimis Provinciis Praefectorum, et ad eorum dignitatem tuendam pertinebant, ut adeo mirari factis non liceat, Status et Ordines in Comitibus anni 1507 eoque progressos fuisse, ut Uladislao Regi ne Regale quidem Banderium integrum reliquerint, verum publica sanctione constituerint, ut pro decore Curiae suae Regiae 400 retentis, reliquos 600 praetorianos ad tuenda confinia dimittat. *b)*

CXVII. Post Regale Banderium sequuntur Archiepiscoporum, Episco-

Banderia  
Eccles.  
ordinis,

P 4

po-

---

a) Confer Decr. III. Art. 21. cum Decr. I. Art. 20.

b) VI. Art. 6.

porum, Abbatum, Capitulorum, aliorumque Ecclesiasticorum, ab antiquo Banderiatorum, Banderia ordine sequente.

1. Archiepiscopus Strigoniensis  
Banderia duo, equites.. .. 800
2. Archiepiscopus Colocensis  
unum.. .. 400
3. Episcopus Agriensis Banderia duo.. .. 800
4. Episcopus Varadiensis unum. 400
5. Episcopus Quinqueecclesiensis unum.. .. 400
6. Episcopus Transilvaniensis unum.. .. 400
7. Episcopus Zagradiensis unum 400
8. Episcopus Jaurinensis Equites.. .. 200
9. Episcopus Vesprimiensis.. .. 200
10. Episcopus Vacziensis.. .. 200
11. Episcopus Csanadiensis.. .. 100
12. Episcopus Sirmiensis.. .. 50
13. Episcopus Nitriensis.. .. 50
14. Abbas Pecfvaradiensis .. .. 200
15. Abbas Varadinipetri .. .. 200
16. Abbas Sexardiensis. .. .. 100
17. Abbas S. Martini .. .. 200

18.

18. Fratres Cartusienſes de Lő.  
völd .. .. . 200
19. Prior Auranae unum Band. 400
20. Abbas de Zobor.. .. . 50
21. Capitulum Strigoniense .. .. 200
22. Capitulum Agriense. ... .. 200
23. Capitulum Transilvaniense. 200
24. Capitulum Quinqueecclesienſ. 200
25. Capitulum Bácsienſe .. .. . 50
26. Praepoſitus Albenniſis Major,  
cum Capitulo ſuo, et Prae-  
poſito minori ejuſdem loci. 100
27. Praepoſitus Thitelienniſis.. .. 50

---

*Summa.. 6750 a)*

Atque hi ſunt Praelati, qui Banderia „ juxta antiquam laudabilem „ conſuetudinem pro deſenſione Re- „ gni, tam ratione proventuum de- „ cimalium, quam ratione poſſeſſio-

P 5 num

- 
- \*) Nos hic Equites ſecundum proportionem a Rege Uladiſlao praefcriptam, id eſt pro ſingulo Banderio 400. Equites aſſumen- do numeravimus, licet ſciamus aliquos, nescitur cui fundamento innixos, ad unum Banderium 1000 Equites numerari.



„num Ecclesiarum suarum, secundam  
 „exigentiam proventuum, et usum  
 „Jobagyonum suorum tenere obli-  
 „gabantur. a)

Proxime post Praelatos ban-  
 deriatos sequuntur Capitula, Conven-  
 tus, Abbates, Praepositi, ceterique  
 viri Ecclesiastici tam religiosi, quam  
 seculares, qui Banderia quidem jux-  
 ta antiquam consuetudinem servare  
 non solent, et ideo nec in ferie  
 Banderiatorum Praelatorum reperiun-  
 tur, decimas tamen percipiunt. Hi  
 namque *secundum exigentiam proven-  
 tuum suorum* decimalium, et usum  
 Jobagyonum suorum equites statuere,  
 et tenere obligantur. b) Haec quo-  
 que militia ad classem Banderialium  
 Ecclesiasticorum pertinet; dum enim  
 Banderia Praelatorum ad bellum pro-  
 ficiscuntur, hae pariter gentes Ecclesi-  
 asticorum non equidem Banderiato-  
 rum, decimas tamen percipientium,

iii

a) Dec. III. Art. 15. 20.

b) Decr. III. Art. 15. §. 3.

iis se conjungere, ac cum iis militare tenentur. a)

Quantos autem posterior haec virorum Ecclesiasticorum classis proventus ex decimis habeat, quot praeterea Jobagyones, seu colonos possideat, ac proinde quot equites tam ratione decimarum, quam etiam colonorum statuere debeat, id cognoscere, et secundum stabilita principia determinare, ad Comitatus pertinet. b)

CXVIII. Ex Magnatibus etiam et Nobilibus non pauci fuerunt, qui in Bonis suis constanter Banderia servare, ac tempore belli in aciem educere tenebantur, ideoque jam ab antiquo in Regesto *Banderialium* inscripti fuerunt. Horum nomina in Decreto III, Art. 22. recensentur, ordine sequenti.

1. *Barones perpetui*: ad quorum classem pertinet: Dux Laurentius

a) Dec. V. Art. 24.

b) Dec. III, Art. 15. §. 6.

us de Vilak: tum Comites perpetui, et liberi, quippe Stephanus de Zápolya, qua Comes perpetuus Terrae scepusiensis; Comites de Bozin et de S. Georgio; Comites de Fran-gepanibus, et de Corbavia.

2. *Barones temporanei*, qui nempe suprema in Regno munia obtinent, quales sunt Comes Petrus Gereb de Vingard, Judex Curiae Regiae ceterique Barones.

Sequuntur jam Magnates, et Nobiles Banderiati, utpote:

3. Despotus, qui equites mille daretur.
4. Dux Laurentius *supra nominatus*.
5. Comes Scepusiensis, aequae jam nominatus.
6. Comes Petrus Gereb.
7. Bartholomaeus Dragffy de Belthök, Waivoda Transilvanus.
8. Josa de Som, Comes Themesiensis.
9. Nicolaus Bánffi de Alfo Lindva.
10. Georgius de Báthor.
11. Joannes Ernust de Csaktornya.
12. Mathias Pangrácz de Bengeleg.
13. Emericus de Perén.
14. Gabriel de Perén.
15. Joannes Bebek de Pelsöcz.

16. Stephanus de Rozgon.
17. Antonius de Palocz.
18. Joannes de Hommonna.
19. Ladislaus de Kanifa.
20. Joannes de eadem.
21. Georgius de eadem Kanifa.
22. Thomas Groff, Comes de Bozin.
23. Petrus, similiter Groff de eadem.
24. Franciscus similiter Groff.
25. Nicolaus de Szécs.
26. Georgius Pankircher de Zalonok.
27. Joannes Elerboch de Monyorkerek.
28. Sigismundus Országh de Guth.
29. Sigismundus Compolth de Náva.
30. Sigismundus de Losoncz.
31. Sigismundus de Léva.
32. Blasius de Ráska.
33. Andreas Both de Banya.
34. Joannes Ongor de Nádasd.
35. Joannes Bánffi de Bolondok.
36. Franciscus de Hedervára.
37. Stephanus Jaxith de Nagylak.
38. Franciscus Berizló de Grabaria.
39. Joannes Berizló de eadem.
40. Albertus de Zokol.
41. Despotus autem cum Hufzarónibus 1000.

42. Belmufavith, cum omnibus Hufzaronibus fuis.

Ex hoc articulo apparet:

1mo. Fuisse Nobiles Banderiatos, id est tales, qui ex antiquo usu certum militum numerum tenere obligabantur. a)

2do. Praeter hos autem Barones etiam Regni, tam *perpetuos*, quam *temporaneos*, ratione *honoris et dignitatis* certum equitum numerum sustentare, et ad Castra expedire debuisse. Unde, si quis Banderiatus una etiam publicum, idque emnens quodpiam officium, aut honorem in Regno gessit, is non modo, qua *Banderiatus*, sed etiam qua *Baro*, ad militem statuendum obstringebatur. Hinc causa assignari potest, cur Stephani Comitis Scepusiensis, tum Comitis Petri Gereb etc. nomina

---

a) Obligatio haec partim collationalibus super Bonis expeditis inferi olim solebat, partim ex mutua inter Regem, et Nobilem facta conventionem, partim aliis ex causis oriebatur, id quod in P. II. uberius illustrare conabimur.

na in supra inferto Elencho bis occurrant.

3tio. Sed tamen in numero militum statuendorum inter Banderiatos originarios, et Barones discrimen non parvum intercessit. *Banderiati* enim plerumque jam ab antiquo determinatum equitum numerum in Bonis suis servare obligabantur, contra autem „Barones, Banderia non habentes, juxta honoris et facultatum ipsorum exigentiam, ac numerum Jobagyonum ipsorum, exercituare debebant.“ a) Unde Banderiatorum nomina Regesto, quod penes Regem asservari consuevit, inserta fuerunt, Baronum non item.

**CXIX.** Antiquissimis Hungariae <sup>Gentes Comitatus</sup> temporibus per gentes Comitatus <sup>188.</sup> ordinarie intelligebantur Jobagyones Castrorum. His incuria Regum, temporumque vicissitudine dispersis, jam milites illi, quos Nobiles possessio-nati\* pro ratione Colonorum suorum in singulis Comitatus statuere teneban-

a) Dec. I. Art. 20. §. 2. Art. 2.

bantur, in eorum quasi locum successerunt, atque hi in complexo sumti jam *Stipendiarii Nobilium*, jam *Gentes Comitatum* compellari solebant. Legem, juxta quam Coloni connumerari, indeque milites statui debeant, Rex Sigismundus constituit, quae tamen Uladislao regnante nonnihil immutata est. Etenim in Decreto III. Art. 16. praecipitur, ut „de singulis triginta sex portis, seu sessionibus „Jobagyonalibus unus eques bene armatus; in Comitatibus vero Posega, „Valko, Sirmiensi, Bach, Chongrad, „Chanad, Zarand, Thorontal, Orod, „Themefvár, et Békes, de singulis „24. portis unus Hufzarus, scutum, „seu clypeum, nec non lanceam, „loricam, et cuspidem sive galeam „habens, detur.“ Haec fuit militia Comitatus, quae sub vexillo Comitatus hostem exire, et militare tenebatur.

Militia haec Comitatum composita fuit:

imo. Ex colonis omnium Ecclesiasticorum non Banderiatorum, neque decimas habentium: tum e Colo-

lonis omnium Nobilium possessorum, qui Banderia servare non consueverunt. a)

2do. Et Nobilibus unius sessionis, qui de 36 portis unum equitem dare tenebantur b)

3tio. Et Colonis Nobilium in Aula Regia munus quoddam aulicum obeuntium; simili modo connumerandis. Id tamen Aulicis ejusmodi Administris praerogativae concessum, ut, *si Regia Majestas in Persona propria ad bellum se moveret, ex tunc gentes suas non cum gentibus Nobilium, sed cum sua Majestate mittere debeant.* c)

4to. „Univerſa etiam Bona quorūcūque Dominorum Banderiatorum apud manus Nobilium Banderia non habentium titulo pignoris existentia et habita inter Bona eorundem Nobilium, sine statuendi militis computari debuerunt. d)

5to.

e) Decr. III. Art 15. §. 2. et 16.

a) Loc. cit. Art. 16.

b) Decr. IV. Art. 21. §. 1. 9. 10

d) Decr. IV. Art. 21. §. 2.



5to. Praeter Nobiles alii quoque *possessionati cujuscunque conditionis homines* ad milites eodem modo dandos obstringebantur. Id quod ex terminis, quibus leges Uladislai non uno loco utuntur, manifeste eruitur.

Juxta legem Uladislai, jam superius allatam, Nobilitas gentes suas semper paratas conservare tenebatur.

In eos porro Nobiles, qui juxta praescriptas regulas militem statuere intermittere auderent, poena amissionis Bonorum, ac perpetuae infamiae constituta est. a)

Expensae  
bellicae.

CXX. „Sana deliberatione Regiae Majestatis, Dominorumque Praelatorum et Baronum, ceterorumque Regnicolarum praehabita conclusum est; quod universi Regnicolae tam Ecclesiastici, quam Seculares, qui in serie minoris decreti (id est Dec. III.) inter Dominos Praelatos et Barones, ceterosque Banderiatos ad exercituandum non fuere computati - - Univerfa eorum Bona, pos-

a) Decr. IV. Art. 21. §. 3. Dec. V. Art. 24.

„possessionesque et jura possessionaria in medium nobilium non Banderiatorum, consequenterque illorum Comitatum, in quibus hujusmodi Bona, et possessiones habentur, connumerare, computareque, et pecunias in medium eorundem, ad exercituandum de illis dare te- neantur.„ a)

CXXI. Hae sunt Leges Uladis lai Regis regulandae militiae causa conditae, quas hic, quantum licuit, ad claritatem positas in compendio exhibere conati sumus. Quam felix fuisset Regnum, si Constitutiones insigni prudentia latae pari cum exactitudine observatae fuissent. Sed enim confusa semel Republica ipsa legum sanctimonia evilescit, et sine optato fructu jacet. — Omnia haec infelix, et animo plene dejectus vidit Uladislaus; itaque non tam aetate, quam curis confectus, postquam Regnum Hungariae annis XXV gu-

Mors  
Uladis-  
lai.

Q 2 ber.

a) Dec. IV. Art. 21. §. 16. confer etiam Decr. VII. Art. 1. §. 4. 5.

bernasset, relicto Successore Ludovico, supremum obiit diem.

Atque cum hoc Rege Periodum III. concludimus, licet ad IV potius Periodum, quae Hungariam collabentem complectitur, rejiciendus videatur. Cum tamen sub hoc Rege Regnum Hungariae necdum veterem splendorem ex integro amiserit, quippe sub Ludovico II. ad ultimum deductum praecipitium, epocham hujus Regis felicibus adhuc Hungariae temporibus accensendam existimavimus.

---

## PERIODUS IV.

*Ab anno 1516 usque ad annum 1711.*

### HUNGARIA RURSUM COL- LABENS.

**Q**uartam igitur Regni Hungariae Ludovi-  
cus II.  
a. 1516. Periodum a Ludovico II. inchoamus, sub quo nempe florentissimum antea Regnum infinitis calamitatibus, quae duobus pene seculis perdurarunt, involutum fuit.

Decimum agebat aetatis annum Ludovicus, cum vasti Hungariae Regni gubernacula capessivisset. Excitata ejus indoles, animus mitis et pacatus, gravitatem tamen aliquam ultra aetatem spirans, tum militarium exercitationum amor magnas equidem de eo spes afferre poterant, si Regnum tranquillum, si concordēs civium animos, si denique rem aera-

rialem et militarem recte constitutam mortuo Patre deprehendisset. Verum, cum jam in principio regiminis omnia confusa, perturbataque fuerint, Rege puero, Proceribus vero dissidentibus, quid aliud expectari potuit, quam ut cuncta magis indies, magisque in pejus ruant.

Comitia  
Bacsiensia.

CXXII. Non defuerunt tamen ex Ordine Praelatorum et Procerum permulti, e coetu vero Nobilium quasi omnes, quos miserabilis Regni status, tum tristissima quaeque fata eidem impendentia attentos, atque extreme sollicitos reddebant. Atque ideo ad generalia Regni Comitia Bacsinum indicta, anno 1518. ex omnibus Regni partibus confertissimo numero confluerunt, ibique longiori tempore consultantes pro circumstantiis illius temporis plurima sapientissime, et ad restaurandam Rempublicam aptissime constituerunt.

Leges  
civiles.

CXXIII. Ac praeprimis quidem placuit, Senatum Regalem a Divo Stephano Rege institutum, ac subinde temporum vicissitudine collapsum ad



Ut quaelibet sententiae judiciales rite ad effectum deducantur; quod si propter praepotentiam quorumpiam executio armis, et non juridicis processibus fieri deberet, Rex, Palatinus, Judex Curiae, Banus Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, prout et Vajvoda Transilvaniae, in causis coram suis foris agitatis, si secus fieri non posset, militari manu, levatisque gentibus eam peragere teneantur. *a)*

Ut omnes confederationes et obligamina cunctorum Dominorum inter sese stabilita, atque facta dissolvantur. *b)*

Ut jus Episcopatus, Praeposituras, et Abbatias conferendi, quod Uladislaus, ac ipse etiam Ludovicus privatis quibusdam pro certa pecuniae summa contulerunt, revocetur, atque ita supremum Patronatus jus, soli Regiae Majestati competens, factum tectumque reddatur. *c)*

CXXIV.

*a)* Decr. cit Art. 4. 5. 6.

*b)* Decr. III. anni 1519. Art. 44.

*c)* Decr. II. Art. 15.

**CXXIV.** Sancitum ultro: „ ut Praela- <sup>Leges</sup>  
 „ ti, Barones, et Nobiles, gentes pro <sup>militares</sup>  
 „ Regni defensione, juxta formam  
 „ generalis Decreti, et Regesti Sigis-  
 „ mundi Imperatoris, et Regis con-  
 „ servare teneantur, atque ideo duo  
 „ probi et fideles Thesaurarii de me-  
 „ dio Nobilium eligantur, qui uni-  
 „ versa Bona, et quaelibet jura pos-  
 „ sessionaria tam Dominorum, quam  
 „ Nobilium conscribant, Dominorum  
 „ quidem ex eo, ut resciaur nume-  
 „ rus Jobagyonum, juxta quem gen-  
 „ tes conservare tenentur; Nobilium  
 „ vero, ut pecuniae alias ad confer-  
 „ vationem Stipendiariorum, sive  
 „ gentium exigi consuetae, juxta ve-  
 „ rum et justum computum exigan-  
 „ tur, et Thesaurariorum manibus  
 „ assignentur,

„ Ut Barones Banderiati, et Of-  
 „ ficiales quoque Regni finitima te-  
 „ nentes juxta numerum Jobagyo-  
 „ num suorum gentes paratas habe-  
 „ re, et illas semper in Confiniis  
 „ Regnorum in pleno numero confer-  
 „ vare teneantur. „

Q 5

„ Ut



„ Ut Domini Praelati tam ra-  
 „ tione Decimarum, quam etiam  
 „ Jobagyonum ipsorum semper me-  
 „ dietatem gentium ipsorum simili-  
 „ ter in Confiniis conservare, et tem-  
 „ pore manifestae necessitatis, etiam  
 „ alteram medietatem ad Literas Do-  
 „ minorum Capitaneorum Regiae Ma-  
 „ jestatis, quibus subsunt, illuc mit-  
 „ tere sint obligati. a)

„ Ut Bani Castrorum finitimorum  
 „ semper in eisdem Castris finitimis  
 „ maneant, et unus eorum sub nota  
 „ perpetuae infidelitatis nunquam e Ca-  
 „ stro egredi audeat. b)

„ Ut ad omnia Castra finitima  
 „ Provisores per Regiam Majestatem  
 „ constituentur, qui tam ad *ingenia*  
 „ (Tormenta bellica) quam etiam vi-  
 „ ctualia et alia necessaria providere  
 „ teneantur. c)

„ Ut

a) Decr. II. Art. I. 2. 34.

b) Decr. cit. Art. 21.

c) Decr. cit. Art. 21.

„ Ut Nobiles unius Sefsionis per  
 „ singula Capita, dum Regni neces-  
 „ sitas extrema ingruit, insurgere te-  
 „ neantur, ideo ratione conservatio-  
 „ nis gentium non taxentur. a)

CXXV. Haec, pluraque alia op-  
 time quidem constituta, verum uti  
 alias neutiquam observata fuerunt.  
 Nihil enim vero (ut verbis Gl. Palma u-  
 tur) e Constitutionibus summa cum pru-  
 dentia, et consensione Baccsiensi in Con-  
 ventu perlatis unquam effectui da-  
 tum fuit. Foeneratores imprimis,  
 armis, viribusque suis confisi, spre-  
 tis Edictis Regiis, Bona, proven-  
 tusque S. Coronae sibi olim inscri-  
 ptos, porro etiam per vim retinue-  
 re. Illud etiam, quod a Foenerato-  
 rum manibus reliquum erat, peculi-  
 um Regium Thesaurariorum, et Ca-  
 merae Administratorum sive negligencia,  
 sive fraude indies singulos pes-  
 sumibat, ut adeo Ludovicus et aeta-  
 tis, et indolis vitio rerum suarum  
 prodigus continuo cum egestate col-  
 lu-

Tristis  
 Regni  
 status.

a) Decr. cit. Art. 36.

luctaretur, atque ideo, quae cum a  
 suis, tum vero ab exteris aeris quid  
 impetraret, residua adhuc S. Coro-  
 nae Bona pignori locare cogeretur.  
 In tanta Aerarii Regii penuria, ac  
 summis rei domesticae angustiis, tan-  
 ta fuit Aulicorum avaritia, atque ra-  
 pacitas, ut quidquid eis collibuisse-  
 t, a puero Rege petere, ac extorquere  
 non erubuerint, cumque nihil jam,  
 quod largiretur, ipse haberet, si quis  
 ex opulentioribus Regni Magnatibus  
 vel Nobilibus, aut gemmis divite an-  
 nulo, aut elegantiore chlamyde, aut  
 re alia pretiosiore conspicuus ad Au-  
 lam comparuit, mox Aulici Regem  
 assentationibus suis circumventum eo  
 permovere, ut id modi rem pretio-  
 „ dignam aut aere compararet, aut  
 „ sibi ultro donari peteret Aulicis prae-  
 „ dae cesuram - - - qua Regis seu  
 „ animi levitate, seu pecuniam pes-  
 „ sumdandi facilitate Thesaurariis,  
 „ Camerarumve Curatoribus ad mayo-  
 „ res indies rapinas, et furta crevit  
 „ animus, quae inter illud sane gra-  
 „ vissimum fuit, quod pecunias, quas  
 „ ad limitanea Turcis praesidia repa-  
 „ randa, bellicoque apparatu in-  
 „ stru-

„struenda ex Aerario Regio accepe-  
 „rant, per summum nefas in privatos  
 „usus converterint --- Ad malignam  
 „Aerarii Regii administrationem ac-  
 „cessit frequens ea aetate monetae  
 „Hungaricae corruptio, ejus valore  
 „per Monetarios pro arbitrato dimi-  
 „nuto, communis item pecunias cu-  
 „dendi audacia ad plebem usque  
 „propagata, neque unquam, ut o-  
 „portuit, castigata. Justitia penitus  
 „jam e Regno profligata fuit, Com-  
 „mitiorum decreta, summorum Regni  
 „Judicum, ac Tribunalium autoritas,  
 „et jurisdictio viribus destituta im-  
 „pune ridebatur a maximorum etiam  
 „criminum reis --- Quo iniqui a-  
 „lienorum Bonorum detentores in  
 „eorundem possessione eo secu-  
 „rius permanerent, ac adversus au-  
 „toritatem publicam tutos se prae-  
 „starent, cum potentioribus aliquot fa-  
 „miliis artissimum belli, pacisque foe-  
 „dus inibant, quo interposita jurisju-  
 „randi religione ad se, resque su-  
 „as contra vim omnem, ipsamque  
 „adeo Regis Majestatem totis viri-  
 „bus tuendas, mutuo semet obstrin-  
 „gebant, quae societas, *confoederatio*,

ap-

„ appellata fuit; idmodi confoedera-  
 „ tionibus cum plena tum eſſet Hun-  
 „ garia, crescente Privatorum auda-  
 „ cia, et ſummi Imperantis, et Rei-  
 „ publicae auctoritatem quaſi exani-  
 „ mem jacere, ac impune contemni  
 „ oportuit. Atque hac de cauſa cum  
 „ Dynaſtarum Regni una confederato-  
 „ rum potentiam, et vim inermis Rex  
 „ pertimeſceret, eorum jam unice gra-  
 „ tiam atque benevolentiam ſibi au-  
 „ cupandam putavit, ut adeo contra,  
 „ quam publicis Regni legibus, et  
 „ Constitutionibus cautum erat, ex-  
 „ cluſo equeſtri Nobilium Ordine,  
 „ cum ſolis jam Magnatibus de Re-  
 „ publica iniret conſilia, quo ille  
 „ veteribus diſcordiis novum prae-  
 „ buit fomentum. In aulica Regis  
 „ Cancellaria pariter multa perperam,  
 „ et ex Cancellariorum potius, quam  
 „ Ludovici arbitrio agebantur, ac ſae-  
 „ pius acciderat, ut contra leges re-  
 „ ceptasque conſuetudines contraria,  
 „ ſecumque pugnantia mandata Regis  
 „ nomine inde expedirentur non ſine  
 „ Reipublicae perturbatione. „ a)

CXXXVI.

e) Palma Notit. rerum Hung. P. II. de  
 Ludovico II. §. IV.

CXXVI. Ad cumulum omnium malorum accessit tristissima fama de Solimano Turcarum Imperatore ingenti cum exercitu appropinquante, toto Regno diffusa. Primo impetu capitur Szabacsium, Arx olim firma, jam vero collapsis supina Banorum Belgradiensium negligentia moenibus neglecta. Inde Belgrado admovetur exercitus. — Ludovicus datis ad cunctos Regni Ordines, Comitatus, et Civitates Literis, severe omnibus mandat, ut more patrio et Nobiles viri-  
 tim primo quoquo tempore Bacsinum se conferant, et Banderia, gentesque armis rite instructas eodem mittant. „Sane ad sexaginta millia Nobilium virorum, teste Tuberone, „queis equis mereri mos est, in Regno Hungariae censebantur, invicta acies, si rectorem idoneum habuissent, et amor publicae rei, cunctaque concordiae omnibus eadem fuisset - - - Ceterum ut fit, ubi Imperanti deest authoritas, ad edictum pauci admodum convenere: „quidam enim diutino otio desides militiam detrectabant, aliis pecunia „ad equos et arma paranda deerat; „non-

Turcae  
Belgra-  
dum oc-  
cupant.  
a 1581.

„ nonnulli, et hi haud tenuis fortu-  
 „ nae, ad speciem militibus ad Re-  
 „ gem missis; ne dicto non audien-  
 „ tes viderentur, et ob id proditio-  
 „ nis notati aliquando poenas luerent,  
 „ domi latitarunt. a)

Id quidem dubio caret omni,  
 ad Regem, qui praestituta a se die  
 Baesini adfuit, ex tanta Nobilita-  
 tis Hungaricae; gentiumque et Ban-  
 deriorum multitudine, haud plura quam  
 septem armatorum millia convenisse:  
 cum quibus cum adversus centum et  
 quinquaginta millia Turcarum nihil  
 tentari potuisset, Belgradum; nec an-  
 nona, nec tormentis bellicis; nec  
 pulvere pyrio satis provisum, utro-  
 que Arcis Praefecto foedissima se fu-  
 ga subducente, — Spontanea deditio-  
 nis Turcis se die 29. Aug. Anni 1521  
 subdidit, universis nationis Hunga-  
 ricæ praesidiariis contra datam fidem  
 obtruncatis:

Appara-  
 tus belli-  
 cis

CXXVII. Solimanus capto Bel-  
 grado pro summa Hungariae fortuna  
 victoriam nec illo; nec insequentibus  
 an-

a) Ludov. Tubero. Comment. Lib. XI:

quinque annis, aliis nempe avocatus bellis, prosequutus est. Spatium itaque Hungaris relictum fuit sufficiens, arma parandi, ac de omnibus ad excipiendum hostem (quem rediturum nemo ambigebat) necessariis providendi. Et vero singulis annis celebrata fuere Comitata, quibus alia inter constitutum fuit.

imo. „ Ut ii, quorum culpa  
 „ Castra finitima amissa sunt, tum ii,  
 „ qui contemptis mandatis Regiis, nec  
 „ manifesto Regni periculo curato,  
 „ a postrema expeditione se se sub-  
 „ duxerunt, denique ii, qui Nobili-  
 „ um ad ultimam expeditionem ab-  
 „ euntium domos et curias nobilita-  
 „ res invadere, colonos eorum ab-  
 „ ducere, pecora abigere, aliosque  
 „ hujusmodi enormes actus commit-  
 „ tere ausi fuissent, amissione Bonorum,  
 „ et nota perpetuae infidelitatis  
 „ juxta Decreta Regni puniantur. „ a)

2do.

---

a) Decr. IV. 1522. Art. 54. 55. [Decr. VII. 1526. Art. 15.

R



2do. „ Ut Rex gentes, et Ban-  
 „ deria sua more suorum Praedeceſſo-  
 „ rum parata habeat.

3tio. „ Ut Praelati, Barones,  
 „ Nobiles, ac alterius conditionis  
 „ poſſeſſionati homines de ſingulis  
 „ 10 Seſſionibus Jobagyonalibus u-  
 „ num equitem ad minus hastam  
 „ cum clypeo, vel arcum manua-  
 „ lem cum pharetra habentem diſponant,  
 „ et ſecum ad expeditionem genera-  
 „ lem ducant: imo vero Praelati,  
 „ Barones, et potiores Nobiles, ul-  
 „ tra numerum gentium ſuarum, quas  
 „ juxta contenta Decreti ſervare de-  
 „ bent pro conſervatione Patriae,  
 „ onus belli, quo majori poterunt ap-  
 „ paratu, in ſe aſſumant: inſuper una  
 „ cum Nobilitate viritim inſurgant. a)

4to. „ Ut Ruſtici univerſi para-  
 „ ti ſint, ita, ut, ſi extrema neceſ-  
 „ ſitas poſtulaverit, *per ſingula Ca-*  
 „ *pita*, ſi vero Majestas ſua volue-  
 „ rit, quinta eorum pars bene arma-  
 „ ta inſurgere poſſit. b)

5to.

a) Decr. V. Art. 19. Decr. VII. Art. 8. 9. 11.

b) Decr. VII. Art. 10.

5to. „ Ut Nobiles unius Sessio-  
 „ nis per singula Capita, et quidem  
 „ non in *Kotsi* (*prout plerique solent*)  
 „ sed exercituantium more, velequi-  
 „ tes; vel pedites venire sint obli-  
 „ gati. *d)*

6to. Ut illi, qui ad bellum per  
 „ literas Regias vocati venire negle-  
 „ xerint; nota infidelitatis affician-  
 „ tur. *b)*

7mo. Ut Capitanei ad levandos  
 „ Nobiles, et gentes; in singulis Co-  
 „ mitatibus constituentur, qui gentes  
 „ ipsas etiam ante tempus belli gene-  
 „ ralis revideant, ne defectus in eis  
 „ motionis tempore, vel etiam in bel-  
 „ lo fiat. *c)*

8vo. Ut Thesaurarius probus, in-  
 „ dustrius, justus, et constans con-  
 „ stituatur, qui omnes Proventus Re-

R 2

gi-

a) Dec. V. Art. 20. Vel ex hoc etiam  
 Articulo apparet; quantopere illa aetate  
 disciplina militaris defluxerit, cum No-  
 biles ad castra tanquam deambulatio-  
 nis causa, in *Kötsi*; id est: Curriculis  
 ire consueverint.

b) Decr. V. Art. 41.

c) Decr. cit. Art. 44.

„gios teneat, gubernet, et dirigat;  
 „Castris finitimis provideat, confini-  
 „ariae Militiae stipendia persolvat;  
 „factores probos, et fideles feligat,  
 „qui de navibus, tormentis bellicis,  
 „globis, plúmboque provideant. “ a)

9no. Ut quilibet Dominorum et Nobilium non banderiatuſ (qui ad minus 50 equites ratione Bonorum fuorum tenere non poſſet) pecunias exercituales in medium Nobilium illius Comitatus, ubi Bona ſua habet, dare ſit adſtrictus. Hanc ipſam ob cauſam Bona etiam Eccleſiaſtica in medium Comitatus connumerentur, quo ſic numerus Stipendiariorum augeri poſſit. b)

10mo. Ut ultra haec omnes Domini Praelati, Barones, et Regnicolae de ſingulis Jobagyonum fuorum portis ſingulos 50 Denarios (incluſo lucro Camerae) ad Feſtum „B. Martini dare teneantur. c)

### CXXCIII.

a) Decr. VII. Art. 34. 5. 7.

b) Decr. VII. Art. 23. 27.

c) Decr. VII. Art. 39.

CXXVIII. Qui hos apparatus, haec Procerum, omniumque Ordinum studia, curas et dispositiones legit, putaret omnino, nihil jam defuisse amplius, quod quidem ad excipiendum viriliter hostem pertinere possit. Nihil minus; solutis Comitibus plerique omnes, quasi nihil conclusum fuisset, nihil jam periculi ex Oriente immineret; in *pristinam relapsi quietem*, luxui, commensationibus, omnisque generis hilariis sese dediderunt. a)

Clades  
Mohacciana a.  
1526.

Proceres cum Proceribus, hi cum Nobilitate veteres discordias renovant; imò inaudito usque ad eam aetatem exemplo, auctore Stephano Verböczio, Nobilitas a Rege, Praelatis, et Proceribus Budae in Comitibus congregatis secedere, atque Hatvani separato conventu indicto primos Reipublicae viros exauctorare, publica munia pro libitu distribuere, Regique ipsi Leges praescribere non du-

R 3

bi.

a) Sigismund. Herberstein in Comment. Reipublicae Moscovitic.

bitavit. In his rerum omnium perturbationibus Solimanus cum trecentis millibus armatorum anno 1526 Belgradum advenit. Tum primo de milite legendo, de annona, de tormentis bellicis, de pulvere, nitro, aliisque necessariis comparandis serio cogitatum: tum primo, quis supremus Bellidux eligendus sit, deliberari ceptum est. Quodque mirere, in tam bellicosa natione (Joanne Zapolya, Vaivoda in Transilvania, Frangepano et Battyanio in Croatia adhuc morantibus) nemo repertus est, cui supremi Belliducis munus concederetur, unico Monacho Franciscano, jam tum Archiepiscopo Colocensi, Tomoreo excepto, qui et ipse gravi huic muneri invitus humeros subdidit. Rex de salute publica sollicitus cum tribus millibus armatorum Tolnam descendit, putans, illic se jam universam Nobilitatem, tum Banderia, gentesque reperturum. Sed quod mirere, tam pauci convenerunt, ut nullo resistente, Turcis difficile non fuerit, Arcibus Petrivaradino, Illokino, et Eszekino potiri, Dravoque trajecto, ad ipsos adeo campos

Mo-

Mohacsienſes penetrare. Quo viſo major Procerum, Ducumque pars declinandam eſſe pugnam, quoad Joannes Zapolya cum Tranſilvanicis, Frangepanus et Battyanius cum Croaticis copiis, tum ſuppeticiae ex Austria, Moravia, Sileſia, et Bohemia miſſae, jamque Albae Regiae propinquae, multa praeterea Hungarorum e diſſitis Comitatus advenantium millia confluant, ſentiebat. Sed Tomoreus, quamvis Regi interroganti falſus ſit, Turcarum 300 millia, Hungarorum contra nonniſi 25 millia adeſſe, tamen pugnam committendam eſſe cum vehementia contendit; idem milite quoque, eodem ardore accenſo, cum clamore flagitante, claſſicum canitur, fit impetus in Turcas; dimicatur fortiter utrinque, Turcis multitudine, Hungariſ virtute praevalentibus. Tandem Turcae, ſive Hungarorum fortitudine reſecti, ſive aſtu recedunt. Hungari inſtant, Rex Proceresque turbatis ordinibus inſequuntur, et en! ſubito ſe media inter Turcarum tormenta inveniunt. Tum enim vero pavor, confuſio, caedes, fuga omni ex parte;

R 4

alii.

alii ad castra se recipere satagunt, sed jam haec Turcae occuparunt, itaque Hungaros, sine ordine accurrentes facile trucidant; alii dextrorsum aut sinistrorsum se convertunt, ibique vel ense hostili intereunt, vel paludibus merguntur. Quid amplius? eo in praelio perit Archiepiscopus Strigoniensis Ladislaus Zalkanus, et Colocensis Paulus Tomore, infestus Bellidux, cum 5 Episcopis, et ingenti omnis generis Praelatorum copia, periverunt plerique Baronum, et Procerum, e potioribus vero Nobilibus facile 500, universim autem tria supra viginti millia, Rex ipse, dum inclinante jam acie fugam versus Quinque-ecclesias maturat, prope vicum Tsfelye palude miserum in modum mergitur, et suffocatur.

Prætor  
ejus se-  
quebat.

CXXIX. Solimanus tam illustri victoria potitus Budam recta contendit, qua, cum a nemine defendere-  
tur, facile capta, missis omnem in partem copiis, totam quam late patet, Transdanubianam aequè ac Cisdanubianam Regionem caedibus, rapinis, incendiis miserum in modum de-

devastari iussit, adeo, ut Stephanus Brodericus, Ludovici Aulae Cancellarius, postea Episcopus Vaciensis, qui pugnae Mohachianae interfuit, *in descriptione cladis Mohachianae* asseverare non dubitet, tota hac expeditione facile 200 mortalium millia partim caesa, partim in captivitatem abstracta fuisse „hic fuit“ merito exclamat Ranzanus „miserabilis exitus „Ludovici, hoc imperium nullis firmatum vel praesidiis, vel consiliis „Baronum! quisque enim, dum sibi „clam dominatum et avaritiam proponerat, neglecto Rege, atque publica tranquillitate postposita conciderunt! a)

Ita florens aliquando Hungaria Uladislai foecordia, Ludovici imbecillitate, Procerum discordiis, Nobilium longiore ab armis cessatione, indeque secuta mollitie, denique pessima Reipublicae administratione perivit, cum infinitis malis et calami-

R 5

ta-

a) Petr. Ranzan. *Epitom. Rerum Hung.* indice XXXVIII.



tatibus per duo deinceps secula col-  
luctaturum.

Reges o  
Domo  
Austria-  
ca.

CXXX. In tristissimo hoc re-  
rum situ speciali Numinis provi-  
dentia factum est, ut Regnum Hun-  
gariae, non obstantibus Joannis Za-  
polya Vajvodae Transilvani, qui  
multorum Procerum animis partim  
muneribus, et promissis, partim Ste-  
phani Verböczii, viri ea aetate au-  
ctoritate et scientia conspicui, per-  
suasionibus, partim denique minis,  
vique intentata, in suas partes per-  
tractis anno 1526. coronatus est,  
moliminibus, ad domum Austriacam  
devolveretur. Primus fuit *Ferdinan-  
dus* Rom. Imperator, qui Stephano  
Bathori Palatino plurimum conni-  
tente Regnum obtinuit; eum non  
interrupta serie sequuti sunt: *Maxi-  
milianus*, *Rudolphus*, *Matthias II*,  
*Ferdinandus II*, *Ferdinandus III*,  
*et IV*, tum *Leopoldus*, et *Josephus*  
pii, augusti, et felices Imperatores,  
quorum virtute, potentia, et singu-  
laribus ad Rempublicam gubernan-  
dam dotibus Regnum Hungariae ad  
summum felicitatis apicem pertingere

po-

potuisset, nisi tota Regni mole jam ad ultimum praecipitium vergente, omnes eorum conatus irriti redditi fuissent. Nullum certe malorum genus fuit, quocum infortunatum hoc Regnum duobus pene seculis conflictatum non fuisset, quae nos, quantum exilitas hujus operis admittet, in compendio isthic non tam describemus, quam leviter solum adumbrabimus, ut nempe, quisnam tum Hungariae status fuerit, et quantum Augustae Domui Austriacae, cujus curis et sollicitudine ab interitu vindicati sumus, in acceptis referre debeamus, cognoscatur.

CXXXI. Inde ab infausta illa <sup>Bella ci-  
vilia.</sup> clade Mohachiana miserum Regnum continuis quasi bellis civilibus jactabatur. Anno 1526. Joannes de Zapolya, et Ferdinandus Archidux Austriae, duo potentissimi aemuli, pro Corona Regni Hungariae decertare coeperunt. Uterque numerofo exercitu, magna Procerum, et Nobilium clientela, populique duas in partes divisi studiis ferox, mutua in arma ruebant. Sed fortuna posteriori be-  
ni-

nigniozem se exhibuit. Neque tamen animo concidit Joannes, verum Solimano Turcarum Imperatore concitato, aemulum, quem propria virtute superare non potuit, potentissimi hostis viribus conterere aggressus est. Et vero adfuit Solimanus, Budaque astu capta, magnam Hungariae partem devastavit. Integris 12 annis haec rerum perturbatio cum inexplicabili Regni totius detrimento duravit, nec nisi pace anno 1537. duos inter aemulos facta, finem accepit.

1540. Pacem inter Joannem et Ferdinandum aegre conflata Vidua prioris Isabella, Martinusio Monacho consultore, rupit. Turcae, quorum tutelae se, proles, Regnumque devovit, denuo in Hungariam, sub specioso Viduae, sobolisque tutandae pallio, advenerunt, Budaque Regni Metropoli; imposito milite praesidiario, suae ditioni subjecta infelicem Hungariam novis iterum cladibus affecerunt. Quae hinc rerum conturbatio, quanta sanguinis profusio, quae mala sequuta, ac 20 et ultra annorum  
spa-

spatio continuata fuerint, quis explicabit?

1604. Seditio Stephano Bocskay Transilvaniæ Principe auctore initium fumsit. Princeps hic breve intra tempus, aucto per accessionem plurimorum seditiosorum praesertim A catholicorum exercitu totam fere Hungariam torrentis instar inundavit, „miseranda profecto fuit tum Hungariae conditio, hinc foederati „Bocskaiianis Turcae, quidquid Caesareae fuit ditionis, foedum in modum depopulati, ferro, et igne evastabant, multaque mortalium milia in suam rapiebant servitutem, „illinc Bocskaiiani in Patriae suae viscera desaevebant, multaque cum „popularium suorum caede exhaustam alioquin Hungariam in solitudinem redigebant, nec desuere, „qui eo crudelitatis progressi sunt, „ut quos bello ceperant Christianos „Christiani ipsi Turcis pro pretio „venundederint. Sic tum illi victoriis per Civium, fratrumque suorum necem reportatis exultantes, „ejus gentis, quam barbarum in modum

nignio rem se exhibuit. Neque tamen animo concidit Joannes, verum Solimano Turcarum Imperatore concitato, aemulum, quem propria virtute superare non potuit, potentissimi hostis viribus conterere aggressus est. Et vero adfuit Solimanus, Budaque astu capta, magnam Hungariae partem devastavit. Integris 12 annis haec rerum perturbatio cum inexplicabili Regni totius detrimento duravit, nec nisi pace anno 1537. duos inter aemulos facta, finem accepit.

1540. Pacem inter Joannem et Ferdinandum aegre conflata[m] Vidua prioris Isabella, Martinusio Monacho consultore, rupit. Turcae, quorum tutelae se, proles, Regnumque devovit, denuo in Hungariam, sub specioso Viduae, sobolisque tutandae pallio, advenerunt, Budaque Regni Metropoli, imposito milite praesidiario, suae ditioni subjecta infelicem Hungariam novis iterum cladibus affecerunt. Quae hinc rerum conturbatio, quanta sanguinis profusio, quae mala sequuta, ac 20 et ultra annorum  
spa-

spatio continuata fuerint, quis explicabit?

1604. Seditio Stephano Bocskay Transilvaniæ Principe auctore initium fumsit. Princeps hic breve intra tempus, aucto per accessionem plurimorum seditiosorum praesertim A catholicorum exercitu totam fere Hungariam torrentis instar inundavit, „miseranda profecto fuit tum Hun- „gariae conditio, hinc foederati „Bocskaians Turcae, quidquid Cae- „sareae fuit ditionis, foedum in mo- „dum depopulati, ferro, et igne e- „vastabant, multaque mortalium mil- „lia in suam rapiebant servitutem, „illinc Bocskaians in Patriae suae „viscera desaeuebant, multaque cum „popularium suorum caede exhau- „stam alioquin Hungariam in solitu- „dinem redigebant, nec desuere, „qui eo crudelitatis progressi sunt, „ut quos bello ceperant Christianos „Christiani ipsi Turcis pro pretio „venumdederint. Sic tum illi vi- „ctoriis per Civium, fratrumque suo- „rum necem reportatis exultantes, „ejus gentis, quam barbarum in mo- „dum

„dum trucidabant, omnique injuria-  
 „rum, et calamitatum genere affici-  
 „ebant, se libertatem et salutem pro-  
 „curare jactabant: ad eumulum ma-  
 „lorum accessit illud, quod Bocskay,  
 „ut pares debellandis Caesareis co-  
 „piis vires in promptu haberet, Ta-  
 „taros ipsos in auxilium evocaverit,  
 „quibus ut expeditius esset in Hun-  
 „gariam iter, missa ad Polonos le-  
 „gatione effecit, ut eisdem per Po-  
 „loniae fines transitus in Hungariam  
 „concederetur: quot rursus a foe-  
 „da hac hominum colluvie oppida,  
 „et pagi in cineres redacti: quot ho-  
 „minum millia partim caesa, partim  
 „in captivitatem abducta sint, quis  
 „calculum ineat,, ? a)

Tandem pacificatione Viennensi  
 anno 1606. intestinis his motibus  
 finis positus est, sed incredibili Hun-  
 gariae cum detrimento: Nam praeter  
 Transilvaniam septem Comitatus in-  
 tegri, Bihariensis nempe, Zarandien-  
 sis

---

a) Palma not. Rer. Hung. P. III. ad annum  
 1605. §. 13.

sis, Szolnokiensis, Maramarosiensis, Szathmariensis, Ugocsiensis, et Bereghiensis rebelli Bocskayo cedi debere.

1619. Gabriel Bethlem, Princeps itidem Transilvaniae, sub obtentu laesa Hungarorum privilegia et immunitates tuendi, et A catholicos contra oppressiones defendendi cum 40. millibus Hungariam invasit. Magna Hungarorum copia ad eum, tanquam assertorem vitae libertatis, convolavit. Et vero tam rapidos fecit progressus, ut exiguum intra tempus, tota quam late patet, Hungaria, non sine plurimis caedibus, spoliis, et incendiis percursata, et Posonium cum Arce, sacraque Corona occupaverit, et ipsam Urbem Vinnensem obsidione cinxerit, Rex denique Hungariae a factiosis proclamatus fuerit. Sed postquam animos adhaerentium sibi Hungarorum, qui nempe crudele ejus propositum, Turcas, et Tataros in auxilium vocandi, observarunt, atque, ut par erat, damnabant, a se abalienarii multoque ad Rudolphum Imperatorem, et  
le-



legitimum Hungariae Regem desciscere, vidit, pacis Nicolsburgensis Articulos A. 1621. haud invitus subscripsit.

1623. Idem Gabriel Bethlem rupta pace incendium paulo ante suffocatum longe majori cum furore fuscitavit. Nam praeter Transilvanicas Copias magnum insuper Turcarum et Tatarorum numerum in Hungariam infudit, quibus omnia ferro, ignique vastantibus, novis iterum Regnum universum calamitatibus involutum est. Mali in immensum crescentis vi ad ipsam etiam Austriam, Bohemiam, Moraviam, et Silesiam propagata, infinita praeda undique abducta, multaque hominum millia in tristissimam servitatem abrepta sunt. Multis tamen eorum invictus heros, Comes Nicolaus Eszterházy, saluti fuit, qui reduces Turcarum Tatarorumque copias ad Nitriam caecidit, ereptisque, ac libertati restitutis 4000 captivis, profligavit. Sed nova pace Viennae Anno 1627. conclusa his quoque malis paulo post finis impositus est.

1644.

1644. Georgius Rakoczi Princeps Transilvaniae cum 70 prope millibus armatorum in Hungariam irrupit. Postquam edicto publico se libertatum a Germanis impune violatarum assertorem, Protestantiumque a Catholicis pressorum vindicem adesse toto Regno promulgari fecisset, innumerabilis populi multitudo ad ejus signa convolavit, adeo, ut Coloni aratra, opifices suas officinas passim relinquerent, contra Patriae, ut vulgo dicebatur, oppressores militaturi. Furenti rebellium exercitui copias suas opposuit Ferdinandus III. Imperator, quibus fideles etiam Hungari, indicta a Palatino Comite Nicolao Eszterházy generali Insurrectione, sese adjunxere; sed hosti viribus longe majori resisti non potuit. Ut adeo tota superior Hungaria in potestatem Rakoczii deveniret. — Interim, pace domui Rakoczianae ultra modum utili biennio post conclusa, haec quoque tempestas cessavit.

1667. Dum Leopoldus Imperator Ministerii sui consiliis in trans-

S

ver-

versum actus multa ageret, praeciperetque, quae ad avitas gentis libertates evertendas, novamque et insolitam quandam Regiminis formam introducendam spectabant, Proceres, Francisco Vesselényi Palatino ductore, de quaerendo tot malis remedio deliberaturi identidem conveniebant, ac frequens inter se literarum commercium fovebant. Res detecta fuit, tristes sequelas quis ignorat? Vienne et Neostadii primorum trium Procerum sanguis fusus, Eperiesini autem sanguineum illud theatrum erectum, in quo centenae Nobilium familiae caput, fortunasque omnes amiserunt. Nimia haec severitas, cujus ipsum postea Leopoldum poenituisse certo constat, tanquam oleum igni affusum, motus initio leviores usque adeo auxit, ut anno tandem

1678. Enormis ac cunctis prioribus longe terribilior inde nata sit seditio. Emericus Tököli juvenis potens, et ad quidvis audendum pronus, sententia Caesaris, qua Bona ejus tanquam rebellis Fisco Regio addicta erant, irritatus, Principis Tran-

Transilvaniae Apafi favoribus, Ludovici XIV. Galliae Regis promissis, tum Polonicis suppetiis confidens, et re ipsa adjutus, cum vienis armatorum millibus superiorem Hungariam longe lataeque pervasit, crescenteque indies conjuratorum numero ipsas adeo Civitates montanas cum celeberrimis aurariis occupavit. — Quis caedes, depopulationes, aedium sacrarum spoliationes, Civitatum, et Villarum incendia, ac infinita alia mala eo in tumultu patrata enumeret? sed non satis id infano, et vindictae studio ardenti Tökölho fuit. Missis enim Legatis ad Turcarum Imperatorem, cui tributarium se Regnum Hungariae effecturum impie promiserat, eo permovit, ut is Vezirium cum CCC. millibus in Hungariam expediret.

Itaque hinc Turcis, inde Tökölianis infelicem Patriam vastantibus, imo ipsam etiam Urbem Vienneensem obsidere audentibus, quae mala sequuta fuerint, quis nescit? Ipsi adeo rebelles impium Tökölhi consilium, quo Turcas in Hungariam

vocavit, tum crudelia illius facta damnabant, ideoque a societate illius turmatim indies discedebant. — Tandem Caesareis copiis, tum Hungariae militiae insurgentis virtute Turcis saepius caesis et motus octo integris annis perdurantes celsarunt, et Tökölius eorum auctor, cujus memoriam hodie Hungari abominantur, ad Turcicas ditiones se recepit.

1703. Seditio a Francisco Rakoczi omnium suae aetatis Procerum in Hungaria ditissimo concitata exordium sumit, ac paulo post multorum, quos aut libertatis avitae asserendae studium, aut praedae cupiditas, aut coecus tuendae religionis zelus inflammavit, vel dura etiam necessitas coegit, accessione in immensum crevit. — Verum benignitate Josephi Imperatoris, tum Joannis Pálfi et Alexandri Károlyi, immortalis memoria dignorum virorum prudentia, et cooperatione (Rakoczio cum Bercsenio, aliisque nonnullis asseclis, qui oblatam ab Imperatore gratiam acceptare renuerunt,

spon-

spontaneum exilium praeelicientibus:) tandem pax diu optata (1711) afflictæ Hungariæ refulsit.

CXXXII. Has inter turbas mi-<sup>Turcorum do-</sup>rum non fuit, si Turcae Regno Hun-<sup>minatus.</sup>gariæ jam pridem inhiantes prosperum armorum successum continuo fere experti sunt. Post infelicem cladem Mohachianam, Belgrado jam prius capto, tota illis Servia cecidit: Bosnia, Slâvonia, et Sirmium miserando millenarum Nobilium familiarum cum excidio in eorum potestatem venerunt. Dalmatiam Turcae et Veneti inter se diviserunt, Moldavia, et Valachia a Matre sua Hungaria divulsa Turcarum imperio subjectae. Transilvania jam Turcis, jam Principibus suae nationis, ac tantum per intervalla Domui Austriacae paruit. Solum nudumque Hungariæ corpus cum fida sibi Croatia superfuit, sed et hoc miserando fane fato divulsum, atque dilaceratum. Enim vero Buda, sedes olim Regum Hungariæ, tot palatiis, tot Ecclesiis, ac celeberrima illa Mathiae Corvini Biblio-

theca inclyta jam anno 1541. sub  
 Turcarum jugum venit, sub quo de-  
 inde 145 annis ingemiscebat. Eo-  
 dem anno Siklosinum, Quinqueecl-  
 siae, Strigonium, Albaregalis, Ar-  
 ces, Urbesque celeberrimae eorum  
 dominatui subjectae. Sequentibus por-  
 ro annis Temesia, Lippa, Visegradum,  
 Magnovaradinum, Neogradum,  
 Agria, Szigethum, Veszprimium, Ca-  
 nifa, et centenae aliae Arces, Civi-  
 tates, et Oppida cum adjacentibus  
 villis, et territoriis idem fatum ex-  
 perta. --- In Croatia pariter Licca,  
 et Corbavia duo Comitatus cum par-  
 tibus Vunae fluvio adsitis eorum  
 tyranide oppressae. Denique exigua  
 Hungariae pars mansit reliqua, sed et  
 illa inter Domum Austriacam, et re-  
 belles Principes divisa. Quis jam  
 calamitates, quae Turcis ipsis Regni  
 in visceribus sedem figentibus Hun-  
 gariam affligerunt? quis continuas  
 eorum in vicinos Comitatus, aut cir-  
 cumsitas villas excursiones? Nobili-  
 um Curiarum, et Arcium expilatio-  
 nes? pecorum et jumentorum abacti-  
 ones, Colonorum oppressiones, cae-  
 des,

des, et captivitates, quis innumera alia mala describat? a)

S 4 CXXXIII.

4) Lugubrem Regni statum vivis coloribus descripsit Anonymus ille Orator, cujus oratio in Comitibus anni 1655. publice lecta, magnum in animis Statuum et Ordinum motum excitavit. Regna, inquit, decem, eaque satis ampla ornant, et muniunt S. Regni Hungarici diadema, si illud Regnum dici debet, cui maximam partem acciso praeter nomen, luctum et lacrimas fortuna iniquior reliquit nihil. Regna et Provinciae eidem obnoxiae Turcica tyrannide oppressae, libertate spoliatae, de sua dignitate dejectae squalent, jacentque: in ipsa Hungaria stirpes nobilissimae, felicioribus annis in secula propagatae, misere afflictae, everfae, sub Ottomanico jugo gemunt: amoenae Avorum et Proavorum nostrorum fedes a Barbaris occupatae, quam dispari Domino deseruiunt: Urbes celeberrimae, aliae solo aequatae sunt, aliae divorum Regum fedes insigni gentis nostrae probro, ac ludibrio Barbaris in domicilium cedere - - - Si tributa, quae Turcis pendimus, censeamus, multo plus in Aerarium capitalis hostis, quam Regis Nostri Clementissimi quotannis inferimus.



Religio-  
num di-  
versitas.

CXXXIII. Eodem tempore in Hungaria, exemplo vicinae Germaniae et Bohemiae, diversae de dogmatibus Religionis opiniones, sectae, disputationes et factiones enatae sunt, aliis Helveticam, aliis Augustanam Confessionem, rursus aliis Anabaptistarum, Sacramentariorum, Nestorianorum, aliorumque errores amplectentibus, et mordicus defendentibus. Ac Anabaptistae quidem et Sacramentarii publica lege proscripti, a) Rempublicam haud ita gra-

vi-

---

mus: plus eisdem in nostram perniciem damus, quam ipsi a Colonis nostris ad tuendam dignitatem accipiamus, nunquam tamen avarae gentis cupiditatem explemus. Animadvertite enim, quoties in nos fortunasque nostras invadant, quoties in praeda et sanguine versentur, quoties exesa Reipublicae medula pagis, oppidis vastitatem inferunt - - - Denique eo loco sunt res nostrae, ut si solos Hungaros in censum et considerationem vocem, plures sub jugo Turcico servos, quam in sua potestate liberos, solutosque reperiam. *Vide Patris Kazy Histor. Reg. Hung, L. VII ubi haec Oratio in extenso inserta legitur.*

a) Art. 11. An. 1548. et Art. 26. 1556. 10. 1557.

viter affligere potuere. At aliorum A catholicorum permulti fanatico quodam spiritu abrepti, Principum praeterea Transylvaniae, ac multorum de Ordine Procerum, et Nobilium auctoritate freti, et suffulti saepe numero ad gravissimos excessus prolapsi sunt, ut adeo poena in eos in Comitibus statui debuerit: „Quicumque contra Praelatos et Concionatores ausu temerario palam insurgere, ipsos vituperiis, contumeliis, verberibus, aut nece afficere, vel Ecclesias Dei destruere, diripere, profanare, et spoliare, imaginesque in Ecclesiis frangere, aut incendere praesument, a),

Et vero Petrus Perény vir potentia conspicuus, et A catholicorum antesignatus, qui Episcopatum Agriensem invadere, Castrumque, et Bona Episcopatus violenter occupare ausus est, carceribus mancipatus, non nisi ad Statuum et Ordinum preces libertatem obtinuit. b)

S 5

Tan-

---

a) Art. 7. Anni 1553.

b) Art. 55. An. 1545.

Tantus eo tempore mentes hominum fanaticismus invasit, ut pater filium, filius patrem, frater fratrem, vir uxorem ob discrimen religionis odio haberet, postpositoque naturali amore alter in alterius damnum, et quandoque caedem rueret. Ita dissoluto Religionis vinculo, quo antehac Civium animi jungebantur, discordia in cunctis Statibus gliscebatur, propagabaturque; Magistratum vilescibat auctoritas, familiae destruebantur, res denique publica pessumibat.

Præpotentia  
Procerum.

CXXXIV. Multi Procerum et Nobilium rebus Hungariae secundis, tum occasione civilium bellorum ad summas opes, et potentiam pervenerunt, qua in communi hac Reipublicae perturbatione abusi aliorum minus potentium Arces, Curias, Villas, Bonaque pro libitu invadebant, praedabantur, occupabant. Qui Hungariae Leges legerit, enormia hujusmodi exempla singulis quasi foliis reperiet. Sic duo Nobiles fratres in Moravia, et Silesia stipendiarios conduxere, quorum opera Hungaris dam-

na inferebant, Castra, Castella, Bona, Juraque possessionaria, ecclesiastica, et secularia occupabant; pecora et pecudes miserorum Nobilium et Colonorum interdum furto, interdum manu violenta auferabant, et vel in Moraviam propellebant, vel pro se retinere, aliisve vendere non formidabant. a)

Sic Mathias Baso multos perditae vitae homines, a quibus itinera obsidebantur, Nobiles interficiebantur aut spoliabantur, multaue latrocinia committebantur, fovere solebat. b)

Quidam Dynastae Germani Bona in Hungaria possidentes Abbatiam *Bors-Monastera*, multaue Bona, et possessiones in Comitatibus Soproniensi et Castriferrei violenter occupare consueverunt. c) Haud pauci Magnates et Nobiles liberos Haidones (vagos et pessimae vitae milites) sub nomine

a) Art. 44. et 45. An. 1542.

b) Art. 49. — An. 1548.

c) Art. 47. An. 1542.

ne et titulo fervientium (militum) in Bonis suis aluere, qui sub specie excurrendi in Ditiones Turcicas pecora miserorum Colonorum Christianorum abigebant, miseram plebem opprimebant, et perpetuis latrociniis incumbabant, atque ita suis excursi-  
onibus Dominos suos lactabant. a)

Militum  
licentia.

CXXXV. Sed nihil gravius Nationi Hungaricae accidit, quam incredibilis Officialium, et militum Caesareorum licentia. Enormes eorum excessus nemo vel credere posset, nisi ipsae leges Hungariae toties repetitae fide dignum praeberent documentum. Tantum paucas adduxisse juvabit,

„ Constat suae Majestati saepius  
„ jam supplicatum fuisse, ut injuriae,  
„ damna, violentiae prohiberentur,  
„ quae ex Arcibus suae Majestatis,  
„ tam finitimis, quam aliter in ma-  
„ nibus Majestatis suae existentibus  
per

a) Art. 24. An. 1597. Vide plura Art. 4. 1543. — 23. An. 1557.

„ per Officiales et milites ibi consti-  
 „ tutos contra vicinos Nobiles, mi-  
 „ ferosque Colonos indesinenter pa-  
 „ trantur. - - - Dignetur his oppres-  
 „ sionibus ac violentiis modum jam  
 „ tandem imponi jubere. „ a)

„ Ultra quotidianas pene depopulationes, neces, incendia, captivitates, cruciatus, et tormenta, quae omnia suae Majestatis fideles a Turcis patiuntur, praecipua calamitas, et miseria a gentibus, et militibus suae Majestatis, ejusdemque Officialibus Hungaricae, et externae nationis promanant.

„ Cum hoc pacto non alieni quipiam, sed suae Majestatis subditi, et ejusdem Regnum opprimatur, justum esse videtur, ut Majestas sua subditos suos a damnis praeferre studeat, idque eo magis, quod Regno ipso desolato, nemo inde plus damni, quam sola Majestas sua sit acceptura, et ultra id, quod divina indignatio provocatur, sub-  
 „ di-

a) Art. 10. An. 1555.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

quis omnia eorum fecerit, caedes, incendia, merare conetur, eum deficient. " a)

bus et Ordinibus hu-  
i a sacra Majestate  
quod militum info-  
im praecavebuntur:

Status, ut inten-

----- comprobe-

, sicut coeptum

bus pauperum per-

que nunquam e-

um interitus olim

is poenitentiam

unquam in vicini

quere non curaf-

dolorem et eju-

in Regnis

actum, et

orum Regno-

,,rum

osidi.

eas

de

suppl.

aris, et

in anno

ne perpessa

a hominum

a captivitate

ilitibus Majes

in Hungaris, qu

otius illos ab ali

eberent, in eam

la est, ut nedum

raestare posse val



„diti ipsi a Majestate sua plurimum  
„alienantur. a)

„ Officiales suae Majestatis fide-  
„les duplici modo gravant, faciunt  
„enim spolia, ablatis illorum rebus;  
„et ex Arcibus Majestatis suae vic-  
„norum fidelium Bona, Villas et  
„Territoria violenter occupant. b)

„Potior fere pars turbationum,  
„et oppressio, quas Regnicolae  
„patiuntur, ab Officialibus suae Ma-  
„jestatis externis non minus, quam  
„ab ejusdem gentibus, atque militi-  
„bus provenit: et ipsi quidem Prae-  
„fecti externae nationis passim per  
„Regnum in Arcibus suae Majesta-  
„tis collocati cum violenta occupa-  
„tione territoriorum, et metarum,  
„tum vero direptione proventuum,  
„et (*quod his omnibus intolerabilius*  
„*habetur*) contempta, et injuriosa gen-  
„tis appellatione, et plerumque in-  
„digna exprobratione sese Dominis  
„pa-

a) Art. 4. et 5. 1559.

b) Ibidem Art. 6. 1559.

„ pariter , et Nobilibus sibi vicinia  
 „ exhibent valde molestos , et vix fe-  
 „ rendos. a)

„ Milites externi gravia fideli-  
 „ bus suae Majestatis subditis damna  
 „ non secus , ac si in hostili versaren-  
 „ rentur terra , solent inferre. b)

„ Misera plebs , ( *quae potissimum*  
 „ *subsidia contribuere consuevit* ) ul-  
 „ tra eas calamitates , clades , incen-  
 „ dia , depopulationes , et caedes ,  
 „ ac supplicia , quae a Turcis , Ta-  
 „ taris , et Transilvanis hoc praefer-  
 „ tim anno gravissime , et crudelissi-  
 „ me perpessa est , per quos infini-  
 „ ta hominum multitudo abducta est  
 „ in captivitatem , a Capitaneis et  
 „ militibus Majestatis suae Caesareae  
 „ tam Hungaris , quam Germanis , qui  
 „ potius illos ab aliis quoque tutari  
 „ deberent , in eam egestatem reda-  
 „ cta est , ut nedum aliquod magni  
 „ praestare posse videatur , sed ne  
 „ quo-

a) Decr. XX. Art. 34. anni 1563.

b) Ibidem. Art. 37. — —

„diti ipsi a Majestate sua plurimum  
„alienantur. a)

„Officiales suae Majestatis fide-  
„les duplici modo gravant, faciunt  
„enim spolia, ablatis illorum rebus;  
„et ex Arcibus Majestatis suae vici-  
„norum fidelium Bona, Villas et  
„Territoria violenter occupant. b)

„Potior fere pars turbationum,  
„et oppressio, quas Regnicolae  
„patiuntur, ab Officialibus suae Ma-  
„jestatis externis non minus, quam  
„ab ejusdem gentibus, atque militi-  
„bus provenit: et ipsi quidem Prae-  
„fecti externae nationis passim per  
„Regnum in Arcibus suae Majesta-  
„tis collocati cum violenta occupa-  
„tione territoriorum, et metarum,  
„tum vero direptione proventuum,  
„et (*quod his omnibus intolerabilius*  
„*habetur*) contempta, et injuriosa gen-  
„tis appellatione, et plerumque in-  
„digna exprobratione sese Dominis  
„pa-

a) Art. 4. et 5. 1559.

b) Ibidem Art. 6. 1559.

„pariter, et Nobilibus sibi vicinis  
 „exhibent valde molestos, et vix fo-  
 „rendos. a)

„Milites externi gravia fideli-  
 „bus suae Majestatis subditis damna  
 „non fecus, ac si in hostili versaren-  
 „rentur terra, solent inferre. b)

„Misera plebs, (*quae potissimum*  
 „*subsidia contribuere consuevit*) ul-  
 „tra eas calamitates, clades, incen-  
 „dia, depopulationes, et caedes,  
 „ac supplicia, quae a Turcis, Ta-  
 „taris, et Transilvanis hoc praeser-  
 „tim anno gravissime, et crudelissi-  
 „me perpessa est, per quos infini-  
 „ta hominum multitudo abducta est  
 „in captivitatem, a Capitaneis et  
 „militibus Majestatis suae Caesareae  
 „tam Hungaris, quam Germanis, qui  
 „potius illos ab aliis quoque tutari  
 „deberent, in eam egestatem reda-  
 „cta est, ut nedum aliquod magni  
 „praestare posse videatur, sed ne  
 quo-

a) Decr. XX. Art. 34. anni 1563.

b) Ibidem. Art. 37. — —

„ quotidianum quoque victum habeat:  
 „ quo per milites direpto fame mo-  
 „ ri cogitur, aut desertis sedibus sub  
 „ Turcas, pars in Poloniam, aut eo,  
 „ ubi tutius, securiusque se habitare  
 „ posse sperat, quotidie migrare.

„ Eo autem jam militaris licen-  
 „ tia evasit, ut non miseram modo  
 „ plebem vexent, lacerent, et diri-  
 „ piant, sed neque Dominis Praela-  
 „ tis, aut Baronibus, et Nobilibus  
 „ parcant, quibus contra jura et ve-  
 „ teres eorum libertates intolerabi-  
 „ lia damna inferre non dubitant.

„ Nam omne genus oppressionis  
 „ in eos exercent: praeterquam quod  
 „ in servitutum non abducant, ce-  
 „ tera omnia non minus quam  
 „ in hostes licere putant, a)

„ Stipendiarii milites non in mi-  
 „ seram duntaxat plebem, sed alios  
 „ etiam cujusvis conditionis homines  
 „ tam crudeliter et hostiliter grassati  
 sunt,

---

a) Art. 2. An. 1567.

„ sunt, ut si quis omnia eorum fce-  
 „ lera, rapinas, caedes, incendia,  
 „ sacrilegia enumerare conetur, eum  
 „ dies et verba deficient. “ a)

„ Quia Statibus et Ordinibus hu-  
 „ jus afflicti Regni a sacra Majestate  
 „ certa spes datur, quod militum inso-  
 „ lentiae imposterum praecavebuntur:  
 „ rogant Deum ipsi Status, ut inten-  
 „ tio suae Majestatis - - - comprobe-  
 „ tur, ne si semper, sicut coeptum  
 „ est, in oppressiōibus pauperum per-  
 „ severetur, defectusque nunquam e-  
 „ mendentur, Ungarorum interitus olim  
 „ feram vicinis Regnis poenitentiam  
 „ secum adferat, ignemque in vicini  
 „ tecto ardentem extinguere non curaf-  
 „ se, multis perpetuum dolorem et eju-  
 „ latum importet. “ b)

Nihilo melius etiam in Regnis  
 Croatiae et Slavoniae actum, et  
 „ ideo Status et Ordines horum Regno-  
 „ rum

a) Art. 3. An. 1596.

b) Art. 1. An. 1597.

„rum depraedationes, vulnerationes,  
 „caedes, verberationes, captivatio-  
 „nes, incarcerationes, domorum et  
 „Curiarum Nobilium Regni Slavoniae  
 „invasiones, et depraedationes, ac  
 „conflagrationes, Bonorum depopula-  
 „tiones, rerum direptiones, pécó-  
 „rumque abactiones, Colonorum re-  
 „ceptiones, Liberarum, Regiarumque  
 „Civitatum jurium et libertatum op-  
 „pressiones per Officiales, et milites  
 „Regni Slavoniae confiniorum, nec  
 „non Rudolphi Paradaifer Uszkokos  
 „milites in finibus Provinciae Carnio-  
 „liae habitantes illatas suae Majesta-  
 „ti Regiae querulose repraesenta-  
 „runt. a) “

Profecto tuto affirmari potest,  
 hanc Officialium et militum insolenti-  
 am cunctis motibus, qui in Hungaria ex-  
 orti sunt, praecipuam causam, aut cer-  
 te incrementum praebuisse.

●ppref-  
 sio ple-  
 bis.

CXXXVI. Jam his malis, quae  
 a Turcis rebellibus, et effrenatis mi-  
 li-

a) Art. 37. An. 1635.

litibus nulla non die inferebantur, miseram plebem rusticanam, aliosque Patriae cives extreme affligi oportuit; sed longe plura fuerunt, quae eam ad incitas, imo ad desperationem cogebant. Praeter servitia, quae Dominis suis ex subditali obligatione praestabant, insuper et milites statuere, sustentareque, et ingentem saepe viribus majorem *dicam*, seu contributionem dependere a), et victualia ad Castra, aliaque belli requisita vehere, et ad finitimas Regni Arces labores manuales perficere absque intermissione cogebantur. Multi sub Turcarum ditio- nem reciderunt; his proinde tributa pendenda, omnisque generis servitia exhibenda erant; quin tamen a *dica* in medium Comitatum dependenda, uti plurimae testantur Leges, immunes essent. Quodsi vero eos sub Caesaris potestate manere contigit, quotidianas a vicinis Turcis persecutiones, dam-

T 2

na,

a) Tam stricte contributio ab omnibus exigebatur, ut ipsis legibus ita statuentibus; ne iis quidem, quorum facultates sex florenos adaequarent, parsum fuerit.



na, caedes, rapinas, et incendia pati cogebantur. --- Saepe in hac Periodo pestis a Turcis illata, propagataque in Hungaria defaeviebat, non raro tanta in Regno rerum ad vitam necessariorum penuria fuit, ut vulgus glandibus vesci debuerit. a) Denique calamitates plebis ad eum saepenumero gradum venerunt, ut ei *nihil praeter nudum corpus, et illud diris affectum verberibus relictum fuerit.* b)

Et Nobi-  
litatis.

CXXXVII. Iisdem pene malis Nobiles quoque, praesertim minus potentes conflictabantur; continua bella, perpetuae Insurrectiones, equitum stationes, militum etiam pacis tempore conservatio, et sustentatio (uti infra videbimus) tum subsidiorum immensae, et quovis fere anno recurrentes exactiones, milleque alia onera eos ad extremam redigebant egestatem. Minimus in statuendo alendoque milite defectus, aut tardior ad castra adventus gravissimas post se ex-  
le.

a) Id videre est ex Art. IX. 1559.

b) Art. 26. An. 1536.

legum instituto trahebant poenas, ut adeo multi et honoris, et Bonorum jacturam, graves quidem certe mulctas sufferre debuerint. — Quo accedit perturbatus Regni status, quo fiebat, ut saepenumero et Caesari fidem servasse, et rebellibus adhaesisse perinde exitiosum fuerit. Si etenim fidelis Caesaris Subditus in manus rebellium incidit, capitis, rerumque omnium periculum, aut compedes, captivitatem, omnisque generis cruciatus subire debuit. Quodsi tumultuantium partes sequebatur, nihilo mitius ei fatum a Caesareanis impendebat. — Quid commemorem incredibiles illas exterrorum militum et Officialium insolentias etiam in equestrem Ordinem excitas, quibus plenum est legum Hungaricarum volumen. Effrenis enim miles, contemptis nobilitatis praerogativis fuso pro Patria sanguine olim adeptis Nobilem ut rusticum tractabat, Curias nobilitares pro lubitu invadebat, nec honori illius, nec Bonis aut facultatibus parcebat. Ut adeo multi, imo plurimi in desperationem acti, nullo usquam malorum remedio invento, vel invitati ad rebelles defle-

xerint. — Illud vero universo Ordini equestri tristissimum accidit, quod fidelibus, iisque innumeris servitiis, quae is in continua illa bellorum et motuum serie pro Patria et Principe promptissimo animo subivit, insuper habitis tamen Ministerii Aulici conatus in eversionem avitorum illius iurium, privilegiorum, et immunitatum, imo totius Regni Systematis praesertim sub Leopoldo tendere observati fuerint.

Cur Re-  
ges e Do-  
mo Au-  
striaca  
his malis  
remedi-  
um ferre  
non po-  
uerint.

**CXXXVIII.** Id equidem illa eti-  
am aetate nemo Hungarorum negavit,  
pios, justos, benignos, omnibusque  
Principe dignis cumulatissime instru-  
ctos dotibus e Domo Austriaca sibi Re-  
ges obtigisse. Quis enim Ferdinando  
I. justior? a) Maximiliano mansueti-  
or? Rudolpho quietior? Mathia II. for-  
tior?

a) Ipse Solimanus Turcarum Imperator  
audita Ferdinandi morte, in haec verba  
erupit: *Vere justus, et tenax recti Prin-  
ceps fuit, nec unquam, in, data fide, fese-  
lit.* Huius Imperatoris familiare fuit  
symbolum: *fiat justitia, et pereat mun-  
dus.*

tior? a) Ferdinando II. sanctior, et in promovenda Hungariae felicitate magis sollicitus? quis aut Ferdinando III. clementior? aut Leopoldo in magna regnandi arte major fuit? Multa Historicorum volumina de insignibus eorum de Religione, Literis, reque publica meritis, omnique aevō celebrandis factis verissime conscripta sunt, ac certe sub glorioso tantorum Principum Regimine Hungaria ad summum felicitatis apicem evecta fuisset, nisi aut corrupta jam temporum vicissitudine Hungarorum Respublica optimos eorum conatus irritos fecisset, aut humanae mentis imbecillitas, a qua nec ipsi Reges exempti sunt, obstitisset.

CXXXIX. Jam primum id fata- Eorum a Regno absentia.  
le in illis rerum circumstantiis fuit, quod optimi hi Principes, Imperatoria dignitate ornati, gravibusque a-

T 4

liq.

---

a) In bellis contra Turcas gestis Regnum multis annis invicta animi fortitudinis et constantia ipse, qua supremus belli Imperator, administravit.

liorum Regnorum curis, bellis, et negotiis implexi in Hungaria sedem figere, imo vel eam invisere quidem non potuerint. Ita enim nec Hungarorum indolem, moresque propius experiri, nec vitia Reipublicae nimium inveterata corrigere, nec refractarios ad obedientiam Regia sua auctoritate revocare valebant. Quod cum Status et Ordines parbene intelligerent, nulla pene in Regno Comitia celebrata fuere, quin ardentissimis precibus Reges suos orassent, ut in medio eorum habitare, aut saltem aliquoties per annum Regno praesentiam suam indulgere, aut si nec id liceret, serenissimos saltem Principes, Filios, et Successores suos ad Regnum mittere velint.

Sinistras  
delatio-  
nes.

CXL. Haec vero Regum absentia alia iterum post se mala traxit. Enimvero quid in Hungaria agatur, alienis solum oculis videbant; itaque relationibus a suis Belliducibus, Officialibus bellicis, et oeconomicis, aut clientibus, quae saepe a veritate longissime aberant, acceptis coeae credebant. Cum enim hi, eorumque subalterni seu milites, sive Officiales cru-

de-

delem in modum saepe numero, ut dictum est, in Hungaros defaevirent, eosque ad justam iram provocarent; hi vero ira perciti vim vi repellerent, aut vindictae studio mentes inflammante, ad graviores quandoque excessus prorumperent, Regibus illico ut protervi, ut refractarii, aut plane rebelles ab illis describebantur; Principes vero ceteroquin benigni, et clementes sinistris delationibus in transversum acti alieno erga Hungaros animo esse, et duriora nonnunquam in eos constituere coeperunt. Ita mutua inter Regem et Regnicolas confidentia sensim minuebatur, ac tandem peribat, non sine ingenti Reipublicae detrimento.

CXLI. Quod Caesarei milites in Hungaria tantos, tamque enormes commiserint excessus, quodve Praefecti Arcium finitimarum, aut Bonorum Regionum Officiales tot violentias patraverint, ejus quidem rei culpa quin ad Aulae Caesareae Ministros et supremos Aerarum Cameralis, bellicique Praefectos praecipue referenda sit, negari non potest, seu quod intolerabiles hos

Militem  
insolem-  
tis non  
coercit.

T 5

fae-

subalternorum Officialium actus, qui tot tantisque clamoribus, et amaris saepenumero repraesentationibus ansam praebuerunt, dissimulaverint, seu quod stipendia militibus nimium tarde exsolvi curaverint, ut adeo miles quidquid potuit, rapere, et vi etiam adhibita Villas et Pagos, imo Nobilium quoque Curias depopulari, necessitate quasi pressus fuerit, a)

Acatho-  
ficis ansa  
conque-  
rendi  
data.

CXLII. Mala etiam illa, quibus disjunctis Catholicorum et Protestantium animis, tota Hungariae Respubli-  
ca

a) *Hinc maximae violentiae existimantur accidere, quod per multos saepe menses milites nullam solutionem accipiant. Art. 16. 1553.*

*Quantum ad milites suae Majestatis sacrae attinet, rapinas, ac violenta, et illicita sua facinora eo praecipue praetextu excusant, quod sibi a sacra Majestate sua stipendia tarde nimis exsolvantur, et propterea quo vivant, et se sustentent, se non habere dicunt. Cum nec Regnicolae, nec misera plebs insolutionis ipsius causa sit, eo quod omnia, quae ab ipsis praestari potuerunt, semper praestita fuerint, videtur haec illorum excusatio ipsis Majestatis suae fidelibus esse damnosa nimis, et periculosa, atque si ea valere debeat, tot illorum rapinas, et violentias hoc pacto nunquam finem habituras. Art. 5. An. 1729.*

ca duobus fere seculis miserum in modum exagitata est, nunquam exstitissent, si Ministerium Aulicum principia Ferdinandi I. piissimi, justissimi- que Principis constanter sequutum fuisset. Cum enim ille propter bonum pacis, studiumque tranquillitatis publicae conservandae a persequendis A catholicis toto regiminis sui tempore abstinuisset, jam sub Maximiliano prudens haec, et necessaria indulgentia instigantibus (ut eo tempore creditum fuit) Jesuitis haud parum immunita sub Rudolpho in summam desiit austeritatem. a) Sequutam deinde anno 1606. in favorem A catho-  
li-

---

a) *Contra tales inquietos, reramque novarum cupidos poena a Divis quondam Regibus in iisdem Decretis et Articulis statuta confestim procedatur, et ceteris in exemplum irremissibiliter puniantur. Art. 22. 1604.*

Provecati hoc loco Articuli alii non sunt, quam 54. 1523, et 5. 1525. sub Ludovico II. conditi, quorum priore statuitur: ut *Lutherani eorumque fautores poena capitis et amissione omnium Bonorum puniantur*: posteriore vero, ut *captantur, et comburantur.*



licorum pacificationem Viennensem Ferdinandus III. non modo sanctissime servavit, sed etiam plurimis concessis favoribus, plenaque Religionis libertate admissa auxit, cumulavitque. a) Sed quies hoc modo Regno Hungariae conciliata minime diuturna fuit. Ministerium enim falsum quoddam Politicæ minus rectæ principium assumens, Leopoldi, Principis alias pientissimi, et aequissimi animum ad eam adversus A catholicos agendi rationem induxit, quæ Regnum novis turbis involvit, magno autem ejus nomini non modicam labem aspersit. — Utinam vero omnes e Domo Austriaca Reges sanctissimum illud Tolerantiæ Christianæ Systema, quod eorum Nepos, Josephus II. cum immortalis nominis sui gloria, nec minore Reipublicæ emolumento introduxit, sequuti fuissent. Certe infelix ea ætate alioquin omni ex parte Regnum infinitis, quas hac una de causa perpeti debuit, liberatum fuisset calamitatibus.

---

b) Vid. Art. 5. 6. 7. 8. usque 15. An. 1647.

CXLIII. Et cum jam ad tristem  
 eorum temporum memoriam recolendam delapsi simus, neque id reticere volumus, maximam malorum, quae illo aevo Hungariam afflixerunt, partem minus aequo illi Ministerii principio attribuendam esse, quo existimavit, Domui Austriacae stabilitatem in Hungaria conciliari non posse, nisi sublatis Nobilitatis libertatibus, totoque Gubernii Hungarici Systemate everso. Ac re ipsa, si innumeras leges, quibus Ordines Regni avita sua jura, privilegia, et immunitates jam laesa, jam sublata conquerebantur, si sublata sub Leopoldo Palatini dignitatem, si Joannem Ambringen Ordinis Theutonici Magistrum suprema cum potestate toti Regno praefectum Gubernatorem, si insolita tributa etiam Nobilitati imposita, si Ducibus et Praefectis militaribus exteris concessam etiam in civilem Regni administrationem potestatem, denique si plura hujus generis exempla consideremus, de veritate hujus asserti nec dubitare quidem licet. Non cogitabant nempe illorum temporum Ministri, nihil in Statu Monarchico sive Regibus,

feu

Ministerii  
 nisus  
 ad opprimendam  
 Nobilitatem.

feu ipsi etiam Reipublicae magis periculofum, magisque noxium esse, quam si Equestris Ordo labefactatis praerogativis supprimatur; ac vulgi ipsius despiciatui exponatur: a) neque id pensitabant; quantum ipsi Domui Austriacae fulcrum oppressa Nobilitate aliquando decessurum esset. b)

Hoc

- a) Verissima certe sunt celeberrimi illius Montesquieu principia; quae in aureo suo libro, cui titulus *de l'esprit des Loix*, non uno loco exponit, et exemplis multarum nationum illustrat ;

„Le pouvoir intermediaire subordonné  
 „le plus naturel est celui de la Noblesse. Elle entre en quelque façon  
 „dans l'essence de la Monarchie; dont  
 „la maxime fondamentale est; *point de Monarque, point de Noblesse; point de Noblesse, point de Monarque* ---  
 „Abolissez dans une Monarchie les prerogatives des seigneurs; du clergé, de  
 „la noblesse; et des villes; vous aurez  
 „bientot un état populaire; ou bien un  
 „état despotique. L. II. C. IV.

- b) Id laudatus Auctor Gallicus probe animadvertit, cum libro citato dicit: „On  
 „a vu la Maison d'Autriche travailler  
 „sans relache a opprimer la Noblesse  
 „Hongroise. Elle ignoroit, de quel prix  
 „elle

Hoc etenim si recogitassent, nunquam sanguineum illud Eperiesiense theatrum, in quo quingentae et amplius familiae Nobiles omni suppliciorum genere excruciatæ periverunt, ipsis exteris stupentibus, erectum fuisset: a) nunquam triste illud Leop-

---

„elle lui seroit quelque jour. Elle „cherchoit chez ces peuples de l'argent, „qui n'y étoit pas; elle ne voyoit pas „des hommes, qui y étoient. Lorsque „tant de princes partageoient entr'eux „ses états, toutes les piéces de sa Mo- „narchie immobile et sans action tom- „boient, pour ainsi dire, les unes sur „les autres. Il n'y avoit de vie que „dans cette Noblesse, qui s' indigna, „oublia tout pour combattre, et crut „qu' il étoit de sa gloire de périr et „de pardonner „ L. VIII. C. XI.

- a) *Severe in omnes, ad quos conjurationis suspicio pertinebat, animadvertebatur, quotquot capti, militarique judicio de seditione convicti erant, vario supplicii genere vitam finire, alii artuatim dissecti, in crucem acti alii, nonnulli palis affixi, aut rota fracti, miserando ceteris spectaculo fuere. Palma notit. Rec. Hung. ad annum 1675. Commissio haec Eperiesiensis, seu delegatum judicium tandem Anno 1687 oc-*

poldi Imperatoris Decretum, quo libertati Nationis Hungaricae quasi jure armorum subactae non leve vulnus inflictum est, *ex plenitudine absolutae Regiae potestatis* editum prodivisset a)

Hungaria a  
Turcis liberata.

CXLIV. Interim quam haec mutuam inter Principem et Regnicolas harmoniam magis indies magisque labefactantia Ministrorum cōsilia ipsis Regiae Domus Austriacae commodis adversarentur, serius aut citius ipsi illi Principes, qui iis faciles antea aures praebuere, et observarunt, et quoad fieri potuit, emendare studebant. b) Et si reipsa tristes eorum  
fe-

---

casione Coronationis Josephi I. publica Legge (articulo quippe 6. ejusdem anni) sublatum fuit.

- a) Decret. dd. 21. Mart. 1671.  
b) Certe multos ex iis, qui hactenus enumerati sunt, excessus insciiis, et invitis Regibus in Hungaria patratos esse, dubium non est. Ipse Leopoldus in literis ad Archiepiscopum Colocensem Paulum Szécsényi 2 Januarii et 11. Febr. Anni 1704. datis id pleno cum candore fa-  
te-

sequelas Hungari experti fuerint, spontanea tamen oblivione cuncta sepelire studebant, dum se Austriae Principum cura, solitudine, ac immensis thesauris profusis a saevo Turcarum dominatu feliciter liberatos recogitarunt. Jam anno 1595 Rudolpho Imperatore regnante Strigonium, reliquo autem triennio Jaurinum

---

tetur, in quarum priore, *Committimus, inquit, et mandamus Fidelitati vestrae, ut nomine Caesareo Regio nostro apud Hungaros subditos nostros ex variis praetextibus tumultuantes pro tranquillitate, et Bono Regni, placandisque animorum motibus, allaborare vos, et interponere omnibus viis, et modis noveritis et debeatis, remonstrando illis, quod si a quibusdam privilegia et jura ipsorum hactenus fuissent laesa, nobis quidem insciis, non tamen istum, quem de facto adhibent, modum --- justitiae et sanae rationi esse convenientem.* In posteriore vero: *Condoleo, inquit, afficto Regni status et cum displicentia intelligo excessus, quos, uti praetenditur, Officiales mei tam Politici, quam Militares, prout et Camerae Aulicas, patrarunt. Nihil eorum meo mandato, neque meo consensu factum est.*

U

rinum et Alba regalis a Mathia Archiduce expugnata sunt; anno porro 1596 Mahomete cum 20 millium caede ab Archiduce Maximiliano victo, Transilvania, Valachia, et Moldavia (quamvis successu temporis a S. Corona denuo avulsae Provinciae) ad pristinam Regum Hungariae jurisdictionem redivere. Regnante autem Leopoldo Imperatore Turcae, anno 1664 jam Nicolao Zrinio, jam Comite Montecuculi Ducibus saepius, sed praesertim ad S. Gothardum caesi, anno vero 1683 ab Urbe Viennensi eximia Ernesti Rudigeri Comitis a Staremberg fortitudine et constantia defensa, Caroli Lotharingi Ducis, et Joannis III. Sobieski Regis Poloniae opera cum ingenti jactura rejecti; nec multo post ad Parkanum notabili clade affecti, Strigonium postliminio, tum Visegradum, Vacium, Eperiesinum, Casoviam, Aradinum, ac tandem anno 1686 eodem Carolo Lotharingo, et Maximiliano Bavariae Ducibus, Budam Regni Metropolim, Szegedinum, Quinqueecclesias, pluraque alia Praesidia, nec minus Pofegam, Eszekinum, Valponem

nem, Petrovaradinum cum tota Slavonia amiserunt. Subinde anno quippe 1688 Turcis iteratis cladibus attritis tota Hungaria, si Temesvarinum demas, ab immani eorum tyranide liberata, tum Croatia quoque, Sirmium, et expugnato Belgrado Servia, nobilissimae Hungariae Provinciae ad S. Coronam redierunt. Cumque anno 1697 ingenti exercitu in Hungariam effuso, jacturam praeteritorum annorum refarcire voluissent Turcae, invicto omnique aevo celebrando Belliduce Eugenio, Principe Sabaudiae, bellum felicissime administrante, ad oppidum Szentha, XXX suorum millibus desideratis, dirum in modum percussi, subsequuta deinde pace Carlovicziensi spe ipsa melioris fortunae exciderunt.

CXLV. Tot tantaque bella cum Turcis a duobus fere seculis gesta, immensis uti facile conjicere est, optimorum Caesarum curis, et fati-  
 giis constiterunt. Quis vero innume-  
 ram hominum multitudinem per tanti  
 temporis intercapedinem ex universis  
 Austriae Provinciis, ac ex ipso etiam

Et gloria  
 Domini  
 Austriae  
 cas ad-  
 scribenda



**S.** Romano Imperio extractam, quae in Hungaria, eique adnexis Provinciis fortiter dimicando sepulcrum invenit, recenseat? quis thesauros ex Austria, Bohemia, Moravia, aliisque Augustae Domus Ditionibus collectos, ac in liberandam a Turcis Hungariam profusos enumeret? quis denique subsidiorum a Christianis Principibus, sed praesertim ab Aula Romana, et a Sacro Romano Imperio ad intercessionem Caesarum transmissorum numerum ineat? — Majora haec sunt, quam ut ullis satis verbis describi, aut laudibus depraedicari possint. — Neque vero putandum est, Status et Ordines Regni Hungariae ingentia haec Augustae Domus Austriae de Regno universo merita minus agnovisse, aut quod vel cogitare impium foret, liberatoribus suis grates pro eo, ac par erat, rependere praetermisisse. Pleni sunt Legum Patriarum Codices tenerrimis totius Nationis pro tot tantisque beneficiis grati animi significationibus. a)

Ar.

a) Juvat e tot tantisque Articulis vel unum solum, alterumve hoc loco commemorare:

Ta.

Archiva Regia, Protocolla publica, ipsi Annales rerum patriarum,  
U 3. quan-

*Patentur omnes, quaecumque hactenus ad evitendam imminentem ruinam, restituendamque Ungariae pristinam quietem quaecumque ad unionem inter subditos conciliandam, tuendamque concordiam mutuum excogitari posse videbantur, ea omnia summa cura, incredibili sollicitudine, maximis laboribus, gravissimis sumptibus a sua Majestate (Ferdinando. I.) tentata fuisse.*

*Hoc sane nomine, etsi saepius antehac, Ordines, et Status Regni Hungariae pro eorum officii ratione, literis et nunciis Majestati Regiae gratias egerunt, seseque quales sunt, atque esse debent, in omne tempus promptos, ac fideles subditos professi sunt suae Majestati: nunc quoque tamen ingentes quas possunt, gratias agunt.*  
*Anno 1546. Art. 1.*

*Diffiteri non volunt Status et Ordines, nec possunt, Majestatem suam Caesaream (Rudolphum) Divosque ipsius Progenitores de suo, ac ceteris Regnis et Provinciis tam immensos sumtus, quorum nec ratio facile iniuri queat, imo thesauros in hujus Regni sui salutem et permaisionem hactenus impendisse, et indies erogare.*  
*Art. 1. 1523.*

*Pro paterno Majestatis suae (Ferdinandi III.) amore, ac singulari erga Regnum suum Hun-*

quanti gens universa haec Augusto-  
rum suorum pro salute Regni exan-  
tata fatigia aestimaverit, aestimetque  
etiamnum, luculenta continent do-  
cumenta. Sed non in nudis solum  
verbis hae grati animi contestationes  
substituerunt; factis etiam, quoties oc-  
casio se se praebuit, cum testari co-  
nati

---

*Hungariae propensione, ejusque conservan-  
di studio impares licet; quas tamen pos-  
sunt maximas, cum omni possibili humilli-  
morum obsequiorum suorum, obligatione  
deserunt gratias. In praefatione Anni 1655.*

*In Comitibus anni 1687. Status enu-  
meratis beneficiis, Regno Hungariae per  
receptam Budam, potioresque Regni  
partes recuperatas a Leopoldo praesti-  
tis concludunt: Singularem et plus quam  
paternam ejusdem suae Majestatis propen-  
sionem, amorem, sollicitudinem, benignita-  
temque in suos Status et Ordines effusam,  
adeoque exinde ententem, gloriosam, et  
victorium armorum indepraedicabilem fe-  
licitatem, inde a retro praeteritis seculis  
pro eadem sua Majestate praeter aliis beatae  
recordationis Praedecessoribus ad haec  
tempora reservatam longe majorem esse,  
quam quae humana lingua, et calamo ex  
asse commemorari valeat. In Praefat.  
Decret. IV. 1687.*

nati sunt. Satis id demonstrarunt Status et Ordines, dum antiquato vetere electionis Jure, successione in Regnum Hungariae universis Leopoldi Imperatoris masculini sexus, iisque primogenitis heredibus sponte ac benevole detulerunt. a)

Dein vero Carolo VI. regnante, ad femineum etiam Sexum extenderunt. Comprobarunt id et alias saepe, at praesertim illa tempestate, quae sacro Mariae Theresiae vertici in ipso regiminis primordio

U 4 om-

---

a) *In perpetuam recolendorum tantorum beneficiorum memoriam, et in aeternum recognoscendam humillime complacentium animorum suorum gratitudinem praefati universi Status, et Ordines hujus Regni Hungariae, et Partium eidem adnexarum declarant; Quod a modo imposterum neminem alium, quam altetitulatae suae Caesareae et Regiae Majestatis propriis ex Lumbis suis descendentium masculorum Haeredum Primogenitorum in perpetuum (id ipsum etiam statuentibus Article 5. 1547. aliisque superinde exstantibus) pro legitimo suo Rege, et Domino sint habituri. Decr. IV. Art. 2. anni 1687.*

omni ex parte incubuit, totique Monarchiae Austriacae interitum minabatur.

Unge-  
rorum in  
eliberan-  
da Patria  
conatus.

CXLVI. Nemo tamen credat, Hungaros in Patria sua ab hostibus eliberanda minus industrios fuisse. Imo vero, qui multiplices Comitiorum Constitutiones, leges sine fine latis, eorumque temporum historiam vel obiter solum evoluit, quanta Hungari, tametsi innumeris pressi calamitatibus, eum in finem egerint, quantum sanguinem sparserint, quam enormes sumtus profuderint, merito obstupescet. Quodsi omnia haec abessent, ipsa exterorum scriptorum monumenta, ipsa familiarum, quarum Majores in tot tantisque praeliis gloriosam oppetierunt mortem, Archiva laborum ab eis susceptorum, omnisque generis miseriarum ab eis toleratarum sufficiens praebebunt testimonium. Certe jam Ferdinandus I. Hungarorum „fortitudinem, constantiam, et virtutem in sequendis „vestigiiis Majorum suorum, qui per „multa secula in Regno Hungariae „semper pro fide et Religione Christi-

stia.

„stiana continua bella cum hostibus  
 „gerere, seque cunctis populis et  
 „gentibus Christianis, tanquam pro-  
 „pugnaculum quoddam validissimum  
 „adversus Turcas exhibere non du-  
 „bitarunt, debitis laudibus publice in  
 „in Comitibus extollere“ non dubita-  
 vit. a)

Idem Successores etiam Ferdinandi  
 Imperatoris, Maximilianus, Rudol-  
 phus, Mathias, ambo Ferdinandi,  
 et Leopoldus, quoties occasio se  
 obtulit, verbis et scripto testari nun-  
 quam dedignati sunt.

CXLVII. Ut autem lectores vel <sup>Immentif  
santus,</sup>  
 aliquam sibi ideam infiniti aeris,  
 quod Status et Ordines Regni Hun-  
 gariae pro conductione, sustentatio-  
 neque tam limitanae, quam stata-  
 riae etiam militiae, aliisque Regni  
 necessitatibus inde a Ferdinando. I.  
 usque ad Leopoldum *sponte propria,*  
*liberaque voluntate* sub nomine *subsidi*  
 U. 5

a) Vide responsum Ferd. I. ad Constituti-  
 ones Novizolienses anni 1543. §. 10.

*dii* contulerunt, sibi formare possint, operae pretium existimavimus, quid singulis annis oblatum, praestitumque fuerit, ex Codice Legum Patriarum synopsis deducere, et sic lectoribus ob oculos ponere.

	fl.	dr.
Anno igitur 1537 Status et Ordines obtulerunt a singulis Colonis. . . . .	2	—
1538. A singulis Colonorum domibus . . . . .	2	—
Parochi et Altaristae singuli. . . . .	3	—
1542. A singulis Colonorum Portis Domini terrestres sexagesimam partem aestimationis suorum Colonorum.	1	—
Nobiles unius sessionis uti et Cives Liberrarum Regiarumque Civitatum sexagesimam partem omnium rerum mobilium, auri, argenti etc. nec non naturalium.		
Mercenarii de sua mercede. . . . .		5
Ecclesiastici decimam partem proventuum.		
Fugeri a) quadragesimam partem valoris mercium suarum.		

1543:

a) Haec corrupta vox venit a germanica voce *Wucherer*, et significat negotiatorem, vulgo *Großhändler*.

	fl.	dr.
1543. A singulis Colonis. . . . .	2	—
Unius sessionis Nobiles. . . . .	1	—
Parochi, Altaristae decimam pro- ventuum partem. . . . .		
1545. A singulis Colonis. . . . .	1	—
1546. A singulis Colonis. . . . .	2	—
Domini terrestres ex propria crume- na. . . . .		40
Parochi tot denarios, quot paria con- jugatorum in sua Parochia habent.		
Altaristae . . . . .		50
1547. De omnium Dominorum et Nobilium Bonis. . . . .	2	—
1548. De singulis Colonorum por- tis. . . . .	2	—
Domini terrestres ex propria crume- na a singulis Colonis. . . . .		60
Nobiles unius Sessionis. . . . .		50
A Colonis Turcae tributariis. . . . .	1	—
1550. Ex omnium Bonis a singulis Colonis. . . . .	2	—
1552. A singulis Colonis. . . . .	2	—
1553. — — — — . . . . .	2	—
1554. — — — — . . . . .	2	—
1555. — — — — . . . . .	2	—
1556. — — — — . . . . .	2	—
Ex propria Nobilium crumena ratio- ne singuli Coloni. . . . .		50
Item		



	fl.	dr.
Item a singulis 100 Colonis 4 Cur- rus.		
1557. Ex omnium Dominorum et Nobilium Bonis. . . . .	2	—
1559. — — — — . . . . .	2	—
1563. A singulis Colonis. . . . .	3	—
1564. — — — — . . . . .	2	—
1565. — — — — . . . . .	2	—
1566. A singulis Colonorum Sessio- nibus. . . . .	2	—
1567. — — — — . . . . .	2	—
1569. — — — — . . . . .	4	80
1570. — — — — . . . . .	4	80
1571. — — — — . . . . .	4	80
1572. A singulis Colonorum Portis.	2	—
Item novo Regi Maximiliano II. pro honorario . . . . .	1	—
1573. A singulis Portis. . . . .	2	—
1574. — — — — . . . . .	2	—
1575. — — — — . . . . .	2	—
1582. — — — — . . . . .	2	—
1583. — — — — . . . . .	2	—
1584. — — — — . . . . .	2	—
1588. — — — — . . . . .	2	—
Archiduci Ernesto. . . . .	—	40
Pro Commissariis . . . . .	—	10
1593. A singulis Colonorum Portis.	3	—
1595. — — — — . . . . .	9	—

Da.

	fl.	dr.
<b>Domini terrestres ex propria crumena a qualibet Colonorum Porta.</b>	6	—
<b>Nobiles unius Sefsionis, Armalistae, Praediales, Libertini, Plebani, Concionatores, Abbates, Altari-stae, Archidiaconi, Capitula, Monachi, et Moniales aequae taxati fuere.</b>		
<b>1596. A singulis Colonorum Portis.</b>	9	—
<b>Ex propria crumena de singulis Colonorum Portis. . . . .</b>	9	—
<b>1598. A singulis Colonorum Domibus</b>	1	—
<b>Ex propria crumena de qualibet Domino coloniali. . . . .</b>		50
<b>1599. A singulis Colonorum Domibus</b>	1	50
<b>Ex propria crumena de qualibet Domino coloniali. . . . .</b>		50
<b>1600. A singulis Colonorum Domibus</b>	1	—
<b>Ex propria crumena de qualibet Domino Coloniali . . . . .</b>		50
<b>1601. A singulis Colonorum Domibus</b>	1	50
<b>Ex propria crumena de qualibet Domino coloniali. . . . .</b>		50
<b>1602. — — — — . . . . .</b>	1	50
<b>Ex propria crumena de qualibet Domino coloniali. . . . .</b>		50
<b>Item a singula Porta 1. metr. tritici, et 1. avenae.</b>		
<b>1603.</b>		

	fl.	ldr.
1603. A singulis Colonis. . . . .	1	50
Ex propria crumena de qualibet Do- mo coloniali. . . . .	—	50
1604. A singulis Colonis. . . . .	—	50
Ex propria crumena de qualibet Do- mo coloniali. . . . .	—	50
1608. A singulis Colonorum Portis.	4	—
1609. A singulis Colonis eodem mo- do. . . . .	4	—
1613. A singulis Portis. . . . .	3	50
1618. } — — — — . . . . .	5	60
1619. }		
1622. — — — — . . . . .	4	—
Ex propria crumena de qualibet Do- mo coloniali. . . . .	1	—
1625. — — — — . . . . .	3	—
Ex propria crumena de qualibet Do- mo coloniali. . . . .	1	—
Et hoc subsidium continuatum est sequentibus 5 annis. . . . .		
1630. A singulis Portis. . . . .	3	—
Conservatoribus Coronae. . . . .	1	—
Ad Regni. Domum. . . . .	—	50
1635. — — — — . . . . .	5	—
1638. — — — — . . . . .	7	—
1647. A singulis Portis. . . . .	5	—
Ex propria crumena de qualibet Do- mo coloniali. . . . .	5	—
1648.		

	fl.	dr.
1648. — — — — . . . . .	5	—
Ex propria crumena de qualibet Do- mo colonicali. . . . .	5	—
1649. Status et Ordines 3900 mi- lites obtulerunt suis expensis alen- dos,		
1659. A singulis Portis. . . . .	5	—
Ex propria crumena de qualibet Do- mo colonicali. . . . .	5	—
1681. Honorarium. . . . .	1	—

Apparet hinc, immensas summas tam a Nobilitate, quam et subdito populo pro publicis necessitatibus (praeter *Lucrum Camerae* 20 denariorum, ordinarium Contributionis a cunctis ignobilibus pendendae genus, (quod subsidiis hissempere fere inclusum fuit) spontanea Statuum et Ordinum oblatione collatas fuisse. Quam verò id grave, ac pene intolerabile onus fuerit, is solum mente assequetur, qui aeris parati eo tempore raritatem, innumerās praeterea Coloni, qui nempe Domino suo servire, militi vecturas, et hospitia praebere, victualia, omnisque generis necessaria ad

Ca.

castra vehere, in Arcibus et Fortalitiis muniendis manuum labores praestare debebat, afflictiones, porro universalem rerum perturbationem, dum hinc Turcae, inde rebelles, hinc praepotentes vicini, inde milites Caesarici, denique Haidones, omnisque generis emeritorum, aut a Dominis dimissorum, ideoque oberrantium militum fex obvia quaeque rapiebant, praedabantur, incendebant, consideraverit. At vero Nobilitatem universam majora absque comparatione onera sufferre debuisse extra dubium est, quam nempe ultra ea, quae modo commemoravimus, continuo in armis esse, ac praeterea equites peditesque constanter alere, cum illis in bellum proficisci, omnes denique belli adversitates experiri, prout ex sequentibus uberius elucescet, oportebat.

Conti-  
nuae In-  
surrecti-  
ones,

CXLVIII. In continuis, quae adversus Turcas gerenda erant, bellis frequentissimae *Insurrectiones* necessariae fuerunt. Quam autem id grave onus fuerit, vel inde apparet, quod universi Praelati, Barones, et Nobiles, equis, armis, omnique bellico ap-

apparatu instructi non modo *personaliter*, id est viritim, in bellum proficisci, aut legitime impediti equites in sui locum substituere, sed pro ratione etiam facultatum, aut Colonorum, quos possidebant, (praeter solita Banderia) certum insuper numerum equitum peditumque statuere, ac secum in bellum educere, suis praeterea expensis et ipsi militare, et conductis etiam a se militibus stipendia praebere debuerint. Quam autem frequentes Infurrectionis casus IV hac Periodo occurrerint, sequens Schema ex universis Constitutionibus Regni Hungariae fideliter excerptum abunde docebit.

Anno igitur 1537. praeter personalem Infurrectionem (quam in sequentibus semper subintelligere oportebit) quisque Nobilis possessionatus, sub quo nomine Praelati, Barones, Nobiles, aliique Bona nobilitaria possidentes comprehenduntur, a singulis 20 Domibus Colonorum unum equitem lorica, galea, alioque bellico apparatu decenter instructum statuere, atque

que ex propriis facultatibus sub poena amissionis Bonorum sustentare debuit.

1542. De singulis Colonis status eques unus. Canonici ultra gentes, quas ratione decimarum alere tenebantur, unum pariter equitem singillatim ad castra miserunt. Nobilibus unius Sessiois viritum eo proficiscendum fuit.

1543. Idem praescriptum, nullo excepto, nequidem iis, qui militari Servitio seu Regi, seu Prae-latorum, aut Baronum alicui obstricti fuere. At Nobiles unius Sessiois de singulis Curiis unum equitem statuere tenebantur.

1543. Dispositum, ut Nobiles quidem de singulis 100 Colonorum domibus quatuor, ipsi vero Coloni duos, at Nobiles unius Sessiois a singulis 5 integris Curiis singulos equites statuunt. Praeterea de singulis 10 domibus Colonorum duo pedites, pyxide (sclopo) aliisque armis provisi ad bellum mittantur.

1545. Nobiles de singulis 10 Colonis integrae Sessiois unum equitem secum ad castra ducant, qui vero legitime impediti sunt, pro sua persona unum, ex parte vero Colonorum, prout alii expediant. Qui 10 Sessiones integras non habet, cum alio componat. --- Praelati, aliaeque personae Ecclesiasticae (praeter equites, qui de singulis 10 Colonis obveniunt) insuper a singulis 100 florenis, quos ex decimis percipiunt, 5 equites statuunt. Ita omnes proventuum Regionum, salinarum, tricesimarum pignoratitici possessores, aut arendatores de singulis 100 florenis annui redditus pedites quinque. --- Canonici, aliique Beneficiati praeter equites ratione Bonorum, et decimarum statuendos singuli pro se equitem unum. --- Regina ratione Bonorum Hungaricorum Banderium fervet. --- Parochi opulentiores, id est in Civitatibus, et celebrioribus Oppidis constituti, de singulis 100 florenis equites duos sub amissione Beneficii. At Parochi villani, uti et Altaristae decem simul equitem unum. --- Civitates instar Nobilium — Nobiles

X 2                      uni.



unius Sefsionis viritim infurgant, at viduae filiis ad bellum idoneis carentes domi maneant, et Deum orent. — Ex fratribus; si indivisi, unus, si divisi, singuli ad bellum exeant.

1546. Prout priori anno.

1552. Nobiles de singulis decem Colonis equitem unum propriis sumptibus; de singulis 20 Colonis expensis Colonorum peditem unum. — Nemini Hungarorum liceat externa stipendia sequi. — Reliqua sicut in Diacta anni 1545. eo excepto, quod personae Ecclesiasticae ex proventibus decimarum a singulis fl. 100 non quinque, sed 2 equites statuere debeant, Parochi autem pagenses, uti et Altaristae ab onere equitem statuendi absoluti sint.

1553. Prout anno 1552.

1554. Prout in praecedentibus Comitibus.

1556. Omnes possessionati a singulis 100 Colonis equites decem: omnes Coloni de singulis 100 domibus pedites decem. — Modus et ordo Infurrectionis sicut anno 1545. —

No-

Nobiles unius Sessiois a tribus Curiis equitem unum.

1557. Uti priori anno.

1559. Quemadmodum anno 1556. — Sua Majestas desideravit, ut Nobiles de singulis 100 florenis ex Nona, Ecclesiastici vero de singulis 100 florenis ex decima obvenientibus 2 equites statuunt — sed Status et Ordines deprecati sunt.

1566. prout anno 1552.

1567. Eodem modo. — Nobiles tamen unius Sessiois non viritim eant, sed de singulis quinque Curiis equitem unum expediant.

1569. Sicut in prioribus conventibus.

1574. Ad normam anni 1553, et 1556.

1575. Juxta Constitutionem anni 1553.

1578. Prout annis praecedentibus 1553. 1556. 1557. et 1567.

1588. Sicut in praecedentibus. — Nobiles Armalistae infurgant, sicut Nobiles unius Sessiois.

1595.

1595. Universi Status et Ordines certum equitum et peditum numerum de Bonis suis statuent, pro quorum sustentatione quisque Colonus 9 florenos, quisque Nobilis possessionatus florenos sex e propria crumena dabit. — Banderium Regium praecedat, secus nec Gentes mittentur. — Nobiles unius Sessionis, Armalistae, Praediales, et Libertini taxentur, et equites mittant.

1596. Nobiles et Coloni Insurrectionem parato aere, salva antiqua Nobilitari praerogativa reluunt, ita, ut ex pecunia, cujus partem Nobilitas, partem vero Coloni collaturi sunt, pro hocce anno equites et pedites armis rite instructi conducantur. — Si tamen suam Majestatem ad castra in persona venire contigerit, omnes more veteri insurgant.

1597. Praelati, Barones, Nobiles, alique possessionati de singulis 10 portis tres equites, et totidem pedites in campum expedient. Mediam partem sumtuum Nobilitas, aliam medietatem Coloni conferent. —

Si

Si Rex in bello fuerit praefens, omnes viritim aderunt.

1598. Si Rex in persona adfuerit, omnes Nobiles etiam unius Sessionis, et Armales viritim contra hostem procedent.

1599. Status pro continuando bello 10000 armatos offerunt suis expensis per 6 menses alendos. — Hinc Insurrectionem deprecantur; in summa tamen necessitate mittent de singulis 4 portis peditem unum, — si tamen Rex advenerit, omnes eum viritim sequentur.

1600. Idem, quod anno 1599.

1601. Si Rex praefens fuerit, cuncti viritim insurgent, secumque de singulis 20 personis unum equitem adducent. Si Rex, vel Regis filius praefens non adfuerit, de singulis 3 portis unum equitem mittent.

1602. Status et Ordines offerunt pro campestri exercitu in subsidium continuandi belli duo millia equitum, et totidem millia peditum

ter subsidium Slavoniae, et  
 piarum sustentationem in

1674. Eodem modo.

1618. Sicut in Comi-  
 rum annorum.

1622. Hoste irruente Pa-  
 Regia Majestate annuente, illi-  
 gium, suumque Banderium lev-  
 Cum Palatino omnes Nobiles  
 sionati, etiam unius Sefsionis  
 males viritim insurgent. —  
 Clerum Art. 65. anni 1569. obser-

1625. Prout Anno 1622.

1630. Pariter.

1635. Acque eo addito,  
 absque expresso mandato Regio  
 ullius requisitionem generalis Infur-  
 ctio fiat.

1638. prout anno 1635.

1659. In casu summae neces-  
 tatis prout anno 1622 aliisque.  
 Id tamen Articulo 21. anni 1622  
 additur, ut illi quoque, cujuscunque  
 Status et Ordinis, propri-  
 onia non habent.

in equitem, et a quavis por-  
 peditem secum ad castra  
 — Nobiles portas non ha-  
 pro ratione facultatum sua-  
 rentur, et juxta id insurgant.

XLIX. Cum Leopoldo Impe-  
 firmum, fixumque fuerit, prae-  
 ercitus e reliquis Ditionibus  
 acis conflatos, ac praeter au-  
 copias ab Imperio Romano  
 numero decretas omnes etiam  
 Hungariae vires contrahere,  
 ita unitis omnium populorum  
 Turcas e Regno penitus exi-  
 inde Status et Ordines arden-  
 Patriae liberandae desiderio  
 nisi in binis Comitibus anno 1622,  
 praesertim anno 1681 celebratis  
 ordinariam Insurrectionem, cui  
 ulla aequiparari potest, commu-  
 voluntate decreverunt, cujus for-  
 hic paulo minutius describere  
 et, ut nemo non videat, Gentem  
 am Hungaram in eliminandis ex  
 Hungaria Turcis nulli labori, fati-  
 nullis, et expensis pepercisse.  
 itutiones itaque eam in remedi-

Maxima  
 Insurre-  
 tio sub  
 Leopoldo.

ter subsidium Slavoniae, quarum copiarum sustentationem in se assumunt.

1604. Eodem modo.

1618. Sicut in Comitibus priorum annorum.

1622. Hoste irruente Palatinus, Regia Majestate annuente, illico Regium, suumque Banderium levet. — Cum Palatino omnes Nobiles possessionati, etiam unius Sessiois et Armiales viritim insurgent. — Quoad Clerum Art. 65. anni 1569. observetur.

1625. Prout Anno 1622.

1630. Pariter.

1635. Aeque eo addito, ne absque expresso mandato Regio ad ullius requisitionem generalis Infurrectio fiat.

1638. prout anno 1635.

1659. In casu summae necessitatis prout anno 1622 aliisque. Id tamen Articulo 21. anni 1622 additur, ut illi quoque, cujusunque sint Status et Ordinis, qui propria Banderia non habent, a 10 Sessioibus

bus unum equitem, et a quavis porta unum peditem secum ad castra ducant. — Nobiles portas non habentes pro ratione facultatum suarum taxentur, et juxta id insurgant.

**CXLIX.** Cum Leopoldo Imperatori firmum, fixumque fuerit, praeter exercitus e reliquis Ditionibus Austriacis conflatos, ac praeter auxiliares copias ab Imperio Romano magno numero decretas omnes etiam Regni Hungariae vires contrahere, atque ita unitis omnium populorum copiis Turcas e Regno penitus exigere, inde Status et Ordines ardentissimo Patriae liberandae desiderio accensi in binis Comitibus anno 1622, et praesertim anno 1681 celebratis extraordinariam Insurrectionem, cui vix ulla aequiparari potest, communi voluntate decreverunt, cujus formam hic paulo minutius describere placet, ut nemo non videat, Gentem etiam Hungaram in eliminandis ex Hungaria Turcis nulli labori, fatigiis nullis, et expensis pepercisse. Constitutiones itaque eam in rem edi-

Maxima  
Insurre-  
ctio sub  
Leopoldo.



itae in compendium redactae sequentes fuere:

1mo. Omnes Praelatî, Barones, Nobiles, et alii possessionati viritîm insurgant.

2do. Insuper omnes praedicti a singulis 20 Domibus colonialibus, sive integrae, sive mediae, quartales, aut inquilinariae sint, unum equitem suis expensis. Coloni vero unum peditem suis pariter impendiis, armis rite instructos statuunt. Quodsi Domus dedititiae essent, a singulis 40 unus eques, et unus pedes praescripto modo statuatur,

3tio. Capitula, Conventus, Monasteria, Moniales, Abbatiae, et Praepositurae a Bonis suis simili modo equites et pedites expediant, et sustentent.

4to. Abbates et Praepositi Capitulis non incorporati, etiam minus possessionati, ita etiam Episcopi titulares in personis insurgant.

5to. Parochi pauperiores decem simul sumti unum equitem conducant, et suis expensis alant.

6to.

6to. Parochi ditiores, et Altaristae, ita etiam alii Beneficiati, qui vel 200 florenorum annum redditum habent, singuli singulos equites conducant, et expediant.

7mo. Liberae Regiaeque, et Montanae Civitates, Oppida quoque, quae jura possessionaria habent, instar ceterorum Nobilium, equites et pedites administrent.

8vo. Etiam extranei in Hungaria Bona possidentes a 20 domibus singulos equites mittant.

9no. Oppida et Pagi privilegati, quemadmodum et Cumani, Jazyges, et Philisthaei, aliique libertini Camerales a singulis 20 domibus peditem unum in castris teneant,

10mo. Libertini Dominorum terrestrium militaribus servitiis obnoxii, nec non Praediales Ecclesiarum, imo et Haidones cum suis Dominis militent,

11mo. Oppida Haidonica moris solito insurgant.

12mo. Rasciani, qui dedititii non sunt, sive Nobiles, seu Ignobiles personaliter insurgant.

13tio.

13tio. Nobiles unius Sefsionis, uti et Armalistae personaliter in castra prodeant,

14to. Urburarii (Fodinarum possessores) molitores, et Braxatores ex annuo 200 florenorum lucro singulos equites expediant.

15to. Omnes Praelati, Nobiles, alique possessiati, seu inhabiles ad bellandum, sive servitiis Regiis, seu privatorum adstricti a personis suis singulos equites, a Bonis vero instar aliorum Nobilium milites in castris sustentent.

16to. Omnes extranei, qui in Regno Hungariae quaestum exercent, taxentur, et ad defensionem communis Christianae Reipublicae concurrant.

17mo. Sperant Status et Ordines fore, ut Proceres et Magnates, Indigenae (*extranei in Hungaros recepti*) licet in Regno Hungariae non possessiati in hacce Regni necessitate favorem et propensionem contestentur.

18mo. Dominium Manersdorf, alias ad Coronam Hungariae spectans, a singulis 20 Domibus singulos equites expediat.

19no.

19no. In Contravenientes tam Nobiles, quam Ignobiles severissimae poenae statuuntur.

CL. Atque hae quidem *Generales* erant *Insurrectiones*, tempore solum aperti belli usitatae. Sed quis *particulares* omnes recenseat? quae jam hac, jam illa Regni parte, singulis pene annis, immo saepius etiam per annum, ut tum erant tempora, non sine enormi Regnicolarum molestia, et afflictione fieri debebant. Nam si vel excursio aliqua Turcarum in hunc vel illum Comitatum facta, vel tumultus a rebellibus in quapiam Regni parte concitatus fuisset, vel Procerum, aut praepotentium Nobilium aliquis sententiam judicalem armis, gentibusque suis levatis impedivisset, jam gentes ejusdem aut vicinorum etiam Comitatum in auxilium mitti, his autem non sufficientibus, ipsi etiam Nobiles equis insidere, atque eo, quo necessitas vocabat, prope-rare cogebantur. Haec adeo causa fuit, cur ex Praescripto Legum fatali illa temporum vicissitudine latarum Nobilitas continua quasi anno-  
rum

Particu-  
lares ex-  
pedit o-  
nos.

rum serie Gentes omnem in casum paratas servare, suisque alere sumptibus debuerit. Has quoque Leges in synopsis non sine aliqua molestia reductas ideo potissimum, quod ad intelligendam ejus temporis rem militarem, haud parum lucis affundant, isthic subjungimus.

Anno igitur 1537 Decreto Comitiorum sancitum est, ut universi Nobiles possessionati de singulis 20 Domibus Colonorum unum equitem necessario belli apparatu instructum; Banderiati pariter Gentes eo in loco, quem Locumtenens Regni designaverit, constanter servant, iisque solita stipendia, id est: Armigero quidem uni 4 florenos: Equiti vero levioris armaturae (vulgo Hufzaro) 3 florenos in singulos menses dependant.

1542. In Conventu Neozolienti Status et Ordines notabilem parati aeris summam (§. CXXV) conferunt, ut hac pecunia tam pro interna tranquillitate, quam contra externum hostem gentes Comitatum conduci, sustentarique possint. --- Si domestica haec Militia non sufficeret,

ret, supremus Capitaneus vicinōs Dominos et Nobiles, imo majori necessitate urgente, cunctos Praelatos, Barones, et Regnicolas in auxilium vocet.

1543. Omnes possessionati Nobiles de singulis 100 Colonorum Domibus 4 equites suis impensis: Coloni vero suis pariter sumptibus equites duos conducant, in confiniis, ubi major necessitas subvertatur, alendos. --- Pecuniam eum in finem collatam Comitatus percipiat, indeque stipendia exsolvat.

1545. Si supremus Capitaneus pro aliqua executione opus habeat, Domini et Nobiles requisiti cum omnibus suis gentibus etiam personaliter in auxilium veniant.

1546. Rex exercitum non modo ex Hungarico, sed etiam externae nationis milite lectum constanter in Hungaria fervet, cujus ope et Regnum ab hoste defendi, et rebelles coerceri possint. --- Necessitate exposcente ad requisitionem

Lo-

Locumtenentis; vel generalis Capitanei Regii, aut supremorum Regni Capitaneorum Nobiles omnes penes personas Comitum Parochialium una cum suis Colonis, (prout in Conventu Neozoliensi anno 1542 sancitum) in auxilium veniant.

1547. In conventu Tirnaviae celebrato sequentia sunt conclusa; Universi Nobiles Possessionati de singulis 100 Colonis 3 equites, totidemque pedites *jugiter* paratos habent. --- Si Regia militia Turcis, aut rebellibus, aut inobedientibus domandis par non esset, ex hisce Comitatum gentibus tot, quot necessarii erunt, accepto a Locumteneate Regio, vel Generali Capitaneo mandato in subsidium mittant, quod si nec hae vires sufficerent, Domini et Nobiles viritim assistant. --- Ut stabilis haec Comitatum militia sustentari possit, subsidium (§. CXXV) decretum. Si periculum in mora foret, ita, ut Regis, ejusve Locumtenentis, aut Generalis Capitanei mandatum expectandi tempus non  
sup-

suppetat, ad unius supremi Capitanei mandatum insurgendum est.

1548. Iterum subsidia pro conservandis Comitatum Gentibus decreta.

1553. In conventu Soproniensi conclusum, si quae hostilitas in Regno emergeret, puta, si Arx, aut Fortalitium quodpiam obsideretur, vel Turcae irruptionem in forma iusti exercitus facerent, viciniore Domini et Nobiles in auxilium supremi Capitanei, militiaeque Caesareae sub eius imperio constitutae eius mandato accepto de singulis 25 Colonis unum equitem, aut unum peditem, Nobiles autem unius Sessionis ex singulis quinque Curiis integris unum equitem mittant. — Quisque militem suum nationalem suis sumtibus, donec necessitas duraverit, alat. — Gentes hae Comitatum jugiter conscriptae, atque in Regesto penes Vicecomitem aservando, connotatae esse debeant, ut, mandato Regis, Regiive Locumtenentis, aut supremi Capitanei accepto illic, ubi opus fuerit, actum sisti possint.

Y

1554.



1554. Prout praecedente anno.  
 1555. Status et Ordines ratione Bonorum suorum de singulis 100 Colonis duos equites bene instructos, et armatos ad omnes casus emergentes penes supremos Capitaneos continuo alant. — Ecclesiastici pariter ratione Decimarum Gentes constanter teneant.

1556. Pro constanti Regni defensione deinceps de singulis 100 Colonis tres equites penes supremum cujusque Regionis Capitaneum sumtibus Possessionatorum sustententur. — Si Caesareae copiae cum Gentibus Comitatum junctae ad reprimendum hostem non sufficerent, Nobiles periculo magis vicini in propriis personis insurgant, ac *penes personam Palatini* militent. — Nobiles unius Sessiois de quinque Curiis equitem unum mittant, atque usque ad finem expeditionis propriis sumtibus alant.

1559. Gentium conservatio sicut anno 1556. Ecclesiastici ratione decimarum Gentes sustentent, sicut anno 1555.

1563. De singulis 100 Colonis tres equites in locis finitimis *sine intermissione* sustententur. — Non tamen in finitimis privatorum Dominorum Arcibus, nam his illi ipsi provide-re tenentur.

1566. Prout 1552. 1555.

1567. Sicut in praecedentibus.

1569. Aequae.

1574. Sicut 1553 et 1566.

1575. Uti antecedentes.

1578. Domini suis equitibus quolibet trimestri ad stationes eorum mittant stipendia, ne ratione horum abeuntes diutius absint. — Nobiles Transdanubiani in locum equitum pedites servent, cum hos utiliores sibi propter silvas fore exposuerint. — Bona eorum, qui continuum militem tenere nollent, Vicecomes occupet, et tamdiu teneat, quoad duplum neglecti persolvatur. — De reliquo modus et ordo particularis expeditionis sicut 1553. 1556. et 1567.

1588. Uti in prioribus. — Armalistae, sicut Nobiles unius Sessionis insurgant.

Y 2

1559.

1559. Cum in intertentione continui militis magni defectus observati fuerint, quippe cum alii quidem militem non servaverint, alii vero ad privatos usus suos converterint, ideo Vicecomes, vel eo non sufficiente, supremus Capitaneus a negligentibus duplum neglecti exigat, et nihilominus eos ad sustentationem stringat sub poena amissionis Officii; neque curet, an sint Bona suae Majestatis, vel Domini, vel Nobilis, vel Archiepiscopi Strigoniensis, aut cujuscunque alterius.

1609. Cum tempore pacis de bello cogitandum sit, universi Bonorum possessores de singulis 4 portis unum equitem bene armatum constanter sustentent. — Regiae Civitates pedites juxta moderatam Palatini in Hungaria, vel Bani in Croatia limitationem alant. — Erga intimationem Regiam, aut Palatini Gentes hae illico, quo necesse, expediuntur. — Nobiles unius Sessionis, Armalistae etc. per Comitatum taxentur, talisque taxa pro stipendio

**Capitanei Comitatus, et Officialium  
cedat.**

1622. Prout 1609.

1625. Aequè.

1630. Eodem modo.

1635. Pariter.

1638. Prout Art. 88. 1635.

1649. Status et Ordines loco particularis expeditionis offerunt certum militum numerum penes militiam Regiam suis impensis alendum, et quidem in superiore Hungaria 1200, in partibus Cisdanubianis 1700, demum in Transdanubianis 1000.

1655. Status et Ordines rursus ad biennium certum militum numerum offerunt, suis et Colonorum sumptibus alendum.

1659. Loco particularis Insurrectionis, et Contributionum dicalium Partes Regni superiores, velut per incursiones hostium nimium attritae, equites trecentos; Civitates vero, exceptis portis, pedites centum alent, Partes vero Cis et Ultradanubianae pro subsidio militari a singulis portis

florenos 10 dependent, cujus summae medietatem Domini terrestres, aliam vero medietatem eorum Coloni praestabunt. — Archiepiscopus Strigoniensis a subsidio militari eximitur, cum is 100 equites in Praesidio Ersekujvariensi collocatos suis se expensis sustentare velle amore Patriae, et ex *beneplacito* suo declaraverit.

1681. Particularis Infurrectio, prout anno 1609. eo addito, quod casum talismodi Infurrectionis Palatinus semper ex pleno consilio Hungarico determinare debeat.

Gratiam a-  
ctio pro  
liberata  
a Tarcis  
Hungaria.

CLI. Hae sunt expeditiones generales, et particulares, quibus Natio Hungarica inde a clade Mohacsiana usque ad Leopoldi Caesaris tempora continua ducentorum fere annorum serie miserum in modum exercebatur, quaeve millenas Nobilium familias vel exstinxerunt, vel ad summam egestatem, quacum multi eorum nepotes, digni sane meliori forte hodie dum colluctantur, praecipitarunt. Nihil amplius superest, quam ut de  
li.

liberata a Turcis Patria ovantes, cum clarissimo Palma exclamemus:

„ Gratiae primum Deo victori-  
 „ arum largitori, tum Leopoldi Cae-  
 „ saris fortitudini, et pietati! gratiae  
 „ Innocentio XI. Pontifici maximo.,  
 „ qui durante eo bello plus vices  
 „ centenis millibus aureorum Leopoldi  
 „ do transmisisse perhibetur, hortatu-  
 „ que, ac exemplo suo Georgium  
 „ Szétsenyium Hungariae Primatem,  
 „ ceterosque Regni Praelatos ad suas,  
 „ Ecclesiarumque suarum opes in tam  
 „ pium opus profundendas excitavit.  
 „ Gratia sit sacri Romani Imperii  
 „ Principibus, qui laboranti Hunga-  
 „ riae copiis suis subvenerunt; nomi-  
 „ natim autem Friderico Augusto Sa-  
 „ xoni, et Maximiliano Bavaro Ele-  
 „ ctoribus; quod rei Christianae ad-  
 „ juvandae studio incensi pluribus  
 „ annis in difficili hac arena versa-  
 „ ri, caputque suum discrimini obji-  
 „ cere non reformidaverint. Gratia  
 „ sit Majoribus nostris, Regni Ma-  
 „ gnatibus, atque Nobilibus, qui  
 „ partim aere suo conductum militem  
 „ per tempus belli ad castra Caesa-

„rea submittebant, partim ipsi prae-  
 „sentes aderant: quorum alii genero-  
 „se occumbendo, vincendo alii, re-  
 „surgenti Patriae manum porrexerunt.  
 „Denique qui praecipuas in expedi-  
 „tione partes egit, cujus auspiciis me-  
 „lior nobis fortuna aspirare coepit,  
 „immortales gratiae sint invicto  
 „Herói Carolo V. Lotharingiae Du-  
 „ci, cui praeter alias illustres vi-  
 „ctorias solutam Viennae obsidionem,  
 „Budam Regni Hungarici Metropo-  
 „lim recuperatam, absterfam acceptae  
 „olim sub Ludovico II. ad Moha-  
 „csium cladis memoriam, Transilva-  
 „niam perpetuo foedere Hungariae  
 „copulatam, Hungariam denique ipsam  
 „a diuturna duorum prope seculorum  
 „servitute vindicatam in acceptis de-  
 „bemus, non sine faustissimo omine,  
 „futurum aliquando, ut ditionibus  
 „his omnibus ejus posteri dominen-  
 „tur. “ a)

## CLII.

\*) Palma Not. Rer. Hung. P. III. ad an-  
 num 1697. §. XXIII.

CLII. Antequam tamen quartam hanc Regni Periodum absolvamus, ne quid ad plenam ejus cognitionem desit, necessarium videtur, ut reliqua, quae adhuc ad rem militarem ejus aevi pertinent, instituta et coordinationes tot centenis legibus, quae in vasto corpore Juris sparsae leguntur, in ordinem, summumque quoad licet compendium reductis, in medium adferamus. Dicemus itaque primum de summis et inferioribus belli Praefectis: tum de lustratione, de hospitibus, comitatu, ordine, et disciplina militari.

Leges  
militares.

CLIII. Jam ab antiquissimis temporibus summus omnium in Hungaria insurgentium copiarum post Regem Bellidux ex Lege Palatinus fuit, quapropter *Generalis Regni Capitaneus* vocabatur. a) Alium tamen quando

Summus  
Belli  
Imperator.

Y 5

do-

---

a) Si quando urgeret Regni necessitas, et opus esset, ut pro ejus necessitate et necessaria defensione Regnicolae insurgant; Palatinus ex suscepto officio debet esse generalis, et supremus Capitaneus Regni

et



doque Belli Ductorem Palatino fuf-  
fectum fuisse, sed tantum e natione  
Hungara, e legibus patet. a)

Generali Hungaricae militiae  
Capitaneo nihil citra mandatum Re-  
gis neque absque mutuo consilio,  
et cointelligentia aliorum Capitaneo-  
rum, qui in exercitu erant, agere  
fas erat. b)

Quodsi exercitum dividi conti-  
gisset, tali casu etiam Ungaris un-  
garum Capitaneum Generalem, qui  
pari quoad Ungaros cum externo  
suae Majestatis Generale autoritate  
polleret, praefici oportuit. c)

## CLIV.

---

*et Regnicolarum, et illos gubernare, jux-  
ta tamen voluntatem et arbitrium Regiae  
Celsitudinis Art 4. Artlor. Palatinalium  
an. 1485. Lex haec constanti seculorum usu  
firmata, a Carolo VI. in Comitibus anni  
1715 Art. 21 renovata est.*

a) Notanter ex Art. 2. 1557. 15. 1552.

b) Art. 15. 1552.

c) Ibidem.

CLIV. Quaevis Hungariae pars <sup>Supremi Capitanei.</sup> *Supremum Capitaneum* habuit, itaque quemadmodum Regnum univ-  
 ersum in quatuor partes dispescitur, Cisdanubianam, et Transdanubianam, Cistibiscanam et Transtibiscanam, ita ordinarie cuius specialis attributus fuit supremus Capitaneus. Fuerunt tamen tempora, ubi plures supremi huius generis Praefecti constituti fuerunt a)

Quae de hisce, Districtualibus Capitaneis sancita fuerunt, ad haec potissimum capita reducuntur.

Officia supremorum Capitaneorum non aliis praeterquam Hungaris, iisque in arte militari expertis, et bene possessionatis absque discrimine Religionis conferantur. b)

Supremi Capitanei iuribus Regni subjaceant, et post Regiam Ma-  
 je-

---

a) Id patet ex Art. 4. 1554.

b) 4. 1553. II. 1608. 17. 18. 1638. 62. 1647. 14. 1659.

jestatem a Palatino immediate dependant. a)

Observato graviore periculo, non autem ad qualemcunque rumorem, Gentes Dominorum et Comitatum ad castra evocent. Exterae proinde nationis Capitanei nec potestatem eas levandi habeant, nec imperium in eas exercent. b)

Non vero solum in Capitaneos et Gentes Comitatum, sed etiam in Officiales et Stipendiarios Arcium finitimarum potestate gaudeant. c)

Gentes Comitatum in bono ordine et disciplina contineant, earumque Capitaneos, et Officiales in honore conservent. d)

Suis officiis cum auctoritate praesint, milites sub se habitos, cujus-

---

a) II. 1608.

b) 4. 1553.

c) Art. 31. 1596

d) — 5. 1662.

cunq̄ue nationis sint, cū plenipotētia juxta cujuslibet nationis jura et consuetudines regant. a)

Instructiones eorum legibus Regni conformentur, et ex Consilio bellico adhibitis etiā certis Consiliariis Hungaris extradentur. b)

In Jurisdictionem Dominorum Terrestrium et Comitatum se nulatenus immittant. c)

Gentes Comitatum ad stipendiariam suam militiam non abstrahant, in excubiis tenendis aequam Regionum, et Comitatus militum rationem habeant, ne unus prae alio gravetur. d)

CLV. Quilibet Comitatus peculiarem Capitaneum, et Vajvodam, peculiare item vexillum habeat. e)

Capitaneus  
vel Comitatus

a) — 38. 1569.

b) — 8. 1649. 7. 1655.

c) — 7. 1655.

d) — 27. 1545.

e) 20. Art. 1545. 4. 1533. 17. 1595.  
11. 1596. 5. 166a.

Officium Capitanei ab Univerſitate Comitatus Vicecomiti, vel ſi idoneus non foret, alteri ex potioribus bene poſſeſſionatis Nobilibus conferatur. a)

Si Comitatus habilem Capitaneum non conſtitueret, ſupremo Districtus Capitaneo alium conſtituendi, facultas eſto. b)

Stipendia Capitanei, et ſubalternorum Officialium Comitatus determinet. c)

Comitatuum Capitanei Generali, et ſupremis Capitaneis pareant, omnemque iis honorem, et reverentiam exhibeant. d)

Omnes Comitatuum Gentes, uti etiam milites, a Civitatibus ſtatuendi, Capitaneis Comitatuum ſubjaceant  
 ſub

---

a) 20. — 1545. 5. 1662.

b) 14. — 1596.

c) 5. — 1662.

d) 17. 1595. 5. 1662.

sub eorum ductu, vexilloque Comitatus pugnaturi. *a)*

Capitanei Comitatum penes suos milites, et sua vexilla maneant, secus puniendi. *b)*

Horum officium est Gentes sibi subjectas lustrare, atque ideo providere, ne quis in numero, apparatuque earum militari defectus sit. *c)*

Ut autem iis constare possit, quotnam quisque Dominorum Terrestrium milites statuere debeat, Vicecomes Regestum, seu conscriptionem Gentium iis communicet. *d)*

Capitanei, eorumque Officiales bono ordini, et disciplinae invigilent, ac neminem, qui ad militiam ire debet, quacunq; ratione eximant,  
aut

*a)* 17. 1559. 38. 1569. 11. 1596.

*b)* 14. 1596.

*c)* 4. 1553. 65. 1609.

*d)* 4. 1553. vide infra Lustratio.

aut ut se a militia redimat, admittant; secus tam eximens, quam eximendus in homagio cujuslibet equilis et peditis hoc modo exempti convincendus, a)

Lustratio Nobilium.

CLVI. Antequam Domini utriusque Ordinis, et Nobiles viritum infurrecturi ad locum destinatum abeant, eos Comites Parochiales recenseant, conscribant, et Regestum, sive conscriptionem Palatino mittant. b)

Ut utilior et efficacior personalis Dominorum et Nobilium Infurrectio sit, Palatinus, vel alter Regni Capitaneus, qui exercitui post suam Majestatem suprema auctoritate praefuerit, eos tam in generali, quam in particulari etiam expeditione lustret, c)

Omnes Praelati, Magnates, Nobiles, et Civitates teneantur quovis  
an-

a) 5. 1662.

b) 13. 1537.

c) 2. 1557.

anno personaliter infurgere, et apparatu militari rite instructi ad designatum locum convenire ibidem lustrandi. E lustratione emanentes, Praelati quidem et Magnates poenam 50, Nobiles possessionati 25, Armalistae et Curiales 12 florenorum incurrant. a)

CLVII. Ante omnem lustrationem, et Infurrectionem cunctae Dominorum Terrestrium domus coloniales, prout et unius Sessiois Nobilium, et Armalistarum per certos a singulis Comitibus ad id exmittendos conscribantur, et connumerentur, Regesti vero super eo efformati exemplar unum in Comitatu fervetur, aliud Comiti Palatino mittatur. b)

Lustratio  
Geo-  
tium.

Insuper cuilibet Domino, Nobili possessionato, Civitati, ac villae Scheda conscriptionis tradatur, quo unicuique constare possit, quotnam milites ad lustram mittere debeat. c)

Ad-

a) Art. 28. 1659.

b) — 10. 1662.

c) — 19. 1595.



Adveniente lustrationis tempore primo Praelati, Barones et Magnates, deinde Nobiles, tandem ceteri suos milites ad lustrandum statuunt. a)

Liberæ quoque Regiæque Civitates militem educant, et ad lustrandum instar aliorum Nobilium Capitaneis subiciant. b)

Capitaneus singulis annis bis Gentes pro particulari necessitate destinatas in singulis Comitatus lustret. Debent autem Gentes Dominorum ex aliis Comitatus ad illum Comitatum, in quo quisque eorum residet, convenire. c)

Quiscunque Dominorum equites ad lustram debito tempore non miserit, vel missos advocaverit, Vicecomes defectum proprio aere refundat, Bonaque negligentis Domini occupet, ac tamdiu retineat, donec sex-

du-

---

a) — 19. 1595.

b) 38. 1569.

c) Art. 65, 1609.

tuplum statuendi milites stipendium inde solutum fuerit. a)

Quolibet in Comitatu Gentes tempestive lustrentur: sint militari modo armis bene instructae, ut mandato a supremis Hungaricis Capitaneis adcepto; mox ad castra exire possint. b)

Si qui equites armis debite instructi non essent, Capitaneus eos remittat, ac meliores conducere curet. c)

Lustratio praesente supremo Capitaneo, aut speciali ejus homine fiat. d)

Nemo alienos servos, id est milites ad lustrandum producat, vel alienis equis et armis utatur. Contrarium faciens in homagio militis, subtrusus vero miles ablatione omnium rerum puniatur. e)

Z 2

In

a) Art. 7. 1598.

b) — 19. 1595.

c) — 32. 1542.

d) — 13. 1578.

e) — 19. 1595. id. 1664.

In exercitu autem generali tempore lustrationis alienum equitem statuens, tam ipse quam is, qui ei suum equitem cessit, capite plectatur. a)

Capitaneus militem fraudulenter, et ex favore dimittens (intellige tempore promulgatae Infurrectionis) poenam capitis luat. b)

Iter et  
descen-  
sio-

CLVIII. Juxta antiquam consuetudinem Dominorum, Nobilium, Plebanorum, et aliarum Ecclesiasticarum Personarum Domus et Curiae a condescensu militum sint immunes. Miles contrarium faciens a suo Capitaneo captivetur, omnibus rebus privetur, et capitis poena afficiatur. c)

In domo tamen rusticana tempore belli liceat militibus hospitari, sed honeste et citra injuriam. d)

Do-

a) Art. 8. 1545.

b) — 19. 1595.

c) — 27. 1569. 2. 1536.

d) — 3. 1536.

Domini et Nobiles suos equites et pedites ad Bona Ecclesiastica, Nobiliumque Vicinorum, et Civitatum villas condescendere non faciant, quia multa damna miserae plebi inferunt; foenum, pabulum, aliaque diripiunt, et se gratuito sustentari quaerunt. Haec admittentes Domini, vel Nobiles, aut Capitanei per Vicecomites puniantur, vel ipsis non sufficientibus per supremos Regni Capitaneos. a)

Ne Colonis damna a militibus inferantur, Capitaneus in quolibet Oppido, vel Pago, ubi Gentes hospitantur, priusquam eae discedant, iudicem et iuratos interroget, an aliquis militum damnum intulerit; si ita, reus ad damni refusionem stringendus erit; quodsi solvendo non esset, ex rebus, quas secum habet, satisfactio praestetur. His vero non sufficientibus, pars stipendii damno illato aequivalens subtrahatur. Si Capitaneus satisfactionem praestare ne-

Z. 3.

gli-

---

a) Art. 13, 1596. 5. 1554.

gligeret, vel retentum stipendium pro se applicaret, vel militum depraedationibus conniveret, a supremo Regni Capitaneo capiatur, ac tamdiu in vinculis servetur, donec duplum illati damni persolverit. a)

Nobiles, et milites in via praedantes jure statario convicti capite plectantur, et ex Bonis eorum damni compensatio fiat. b)

Miles stipendiarius, sive indigena sit, seu extraneus, si damna in possessionibus et villis intulerit, ac victualia sine pretio abstulerit, per Gentes Comitatum, aut Dominium terrestrem ejiciatur; a Capitaneo vero puniatur. c)

Nemo equitum vel peditum cursus et equos Nobilium vel Colonorum ad propriam personam, suppellectilemque vehendam adimat, monitus et non obediens suspendatur. d)

CLIX.

a) Art. 14. 1552.

b) Ibidem.

c) Art. 28. 1569.

d) — 29. citat.

CLIX. Si Nobiles tempore generalis Infurrectionis, vel etiam particularis ad exercitum non venerit, poenam capitis et notam infidelitatis subeat. Si vero ignobilis ab alio conductus abfuerit, is, ad quem spectat, alium sine mora conducatur, aut si alium non inveniret, Capitaneo referat, qua is sumtibus ipsius de alio prospicere possit. Quodsi Capitaneus alium invenire non valeret, Dominus fugitivi accepto competenti termino alium statuat, si vero id facere omitteret, pro conductione alterius duplum ejus, qui abfcessit, stipendium Capitaneo persolvat. Ceterum miles accepto stipendio clam se ab exercitu subducens, sive Nobilis sit, seu ignobilis, capite plectatur. a)

Si in exercitu miles aegrotet, vel moritur, Capitaneo significetur, ne quae fraus intercedat. b)

Si cujus equus in castris aufugerit, is, qui eum reperiet, aetutum

Z 4

Ca-

a) Art. 9. 12. 1552. 9. 1545.

b) — 10. 1545.

Capitaneo resignet, occultans poenam capitis subeat, resque illius denunciante cedant. *a)*

Si quis militum conductorum, vel servitorum, non expleto servitii anno, clam vel aliter qualitercunque praeter voluntatem Domini sui discesserit, vel aliena stipendia acceperit, fuspendio puniatur. *b)*

In castris tres constituentur iustitiae Capitanei, Germanus unus, Hungarus alter, tertius Italus. Hi proprio stipendiati satellitio excessibus militum suae nationis invigilent, mutuam inter se foveant correspondentiam, suosque quilibet milites secundum ordinem juris militaris, vel praescriptum Generalis coerceat. *c)*

Negligentem generalis Capitaneus puniat, et officio privet. Id vero expresse statuitur, ut militem Hungarum iudicandi tantum Iudex Hungaricus potestatem habeat. *d)*

Mi-

*a)* 31. 1545.

*b)* 24. 1569.

*c)* 25. 1595.

*d)* 21. 1596.

Milites et servitores relictis vexillis fugientes, et domum redeuntes Vicecomes, sive sint nobiles, sive ignobiles, statim capi, et manibus Capitaneorum pro infligenda poena tradi curet. In reditu vero fugitivi hujusmodi etiam a Judicibus pagensibus, et oppidanis ubique capi possint. a)

Mulieres Hungaricae gentis in castra quaestus, aut alterius rei gratia non eant, sed viris omnem quaestum relinquunt, Contrarium faciens sacco inclusa in aquam projiciatur, et submergatur. b)

CLX. Tempore belli equiti erga menstruum stipendium assumpto, singulis mensibus 4 fl. Hungaricales, pediti vero 3 fl. et non plus pendantur. Miles, qui plus acceperit, rebus apud se repertis privetur; Dominus vero homagium conducti militis solvat. Attamen de annuo salario quisque cum milite conveniat, prout potest. — Miles pro integro anno assumptus, in fine anni uno saltem mense prius

Z 5

fer-

Stipendia militum.

a) 31. 1598.

b) 34. 1595.



servitio renunciare debeat, si autem anno servitii ad finem vergente, expeditio adhuc duraret, discedere ei integrum non erit. a)

At tempore pacis quisque Nobilis militem conducat pretio, quo potest. b)

Provisio  
militiae.

CLXI. In cunctis Comitatibus publicetur, ut omnis generis victualia ad castra devehantur. Vectores in eundo et redeundo ab omni solutione Tricesimae, ac Telonii immunes sint. Qui Telonium exegerit, Telonium amittat. Qui in via, vel in castris res advectas violenter rapuerit, capite plectatur. c)

In singulis Comitatibus Vicecomes cum duobus tribusve ad id eligendis cunctorum victualium conscriptionem peragat, ut quantum a quaque villa praestari poterit, resciaur. Qui victualia ad castra devehere neglexerit, eorum amissione puniatur. Domini quoque terrestres victualia pro-

a) 8. 1662.

b) 16. 1553.

c) 28. 1545.

propria ad castra devehī, ibique venum exponi faciant. a)

Dum Gentes castra metantur, stationemque aliquo in loco figunt, earum Capitaneus adhibitis in consilium vicinorum Comitatum Vice Comitibus, certum ac tam militibus, quam Colonis tolerabile cujusque rei et comineatus pretium defigat. Quod si non Hungaricae, sed alterius nationis militia foret, rerum tamen pretia non extraneus, verum Hungaricus Capitaneus constituat. b)

Coloni locorum castris magis vicinorum victualia omnis generis suis carris et jumentis eo subvehere teneantur, ab uno milliari pro una urna denarium unum Hungaricum, pro uno modio, seu cubulo avenae hordei, aut viciae unum nummum Viennensem, pro uno modio frumenti, vel farinae, aut a quolibet alterius cujuscunque rei centenario unum denarium Hungaricum mercedis titulo accepturi. c)

In

a) 29. 30. 1545.

b) 17. 1553.

c) 7. 1557.

In generalibus expeditionibus Palatinus, vel alter post Regiam Majestatem exercitui praefectus Capitaneus adjuncto sibi *Mareschallo bellico*, atque etiam Magistro Agazonum, ad cujus praecipue officium id semper antea pertinuit, nec non eorum Comitatum, unde transportus fieri debet, Vicecomitibus et Nobilibus, in consilium vocatis limitationem faciat. a)

Quisquis victualia, quae ad castra convehentur, in itinere, vel in castris Colono sine pretio ademerit, eumque in convectione turbaverit, cujuscunque nationis sit, capite plectatur. b)

In castris publica aliquot eaque multorum hominum capacia tentoria exstruantur, in quibus vulnerati, et aegroti milites recipiantur, atque adhibitis Medicis et Chirurgis curentur. c)

PR-

a) Ibidem.

b) 30. 1569.

c) Art. 30. 1569.

## PERIODUS V.

*Ab anno 1711. usque ad praesentem  
aetatem.*

### HUNGARIA DENUO RESURGENS.

CLXII. **H**ungariam sub Bela IV ever- Carolus VI. Hungariae Reparator. a. 1711.  
sam Carolus Robertus; post cladem Mo-  
hacsianam prostratam Carolus, hujus  
nominis VI. Imperator, et III. Hun-  
gariae Rex restituit, uterque Magnus,  
omni uterque aevō gratis Hungaris  
memorandus. Dum Carolus VI. Fra-  
tri Josepho, Romanorum Imperatori,  
qui paucos post, suscepti regiminis  
annos e vivis ereptus est, successis-  
set, lugubris adhuc Regni Hungariae  
facies erat. Turcae Regionem Te-  
mesiensem etiam tum possidebant;  
seditio Rakocziana non pridem  
compressa, multorum animi nondum  
penitus conquieverē; Proceribus con-  
cordia, A catholicis tranquillitas, le-  
gi-

gibus observatio adhuc defuit; denique eo omnia loco fuere, ut, ni promptum ferretur remedium, cuncta in pristinum reditura chaos metuerentur. Gratiae supremo Numini! Rex Hungaris obtigit, cujus insigni prudentia, moderatione et clementia, quidquid adhuc hiabat, correctum, diuque a Regno exul felicitas postliminio revocata fuit.

*Etiam à  
Turcis  
liberat.*

CLXIII. Praecipua Caroli Regis cura fuit, compagem Regni Hungariae, Turcis Provinciae Temesiensi adhuc dominantibus; necdum ex integro cohaerentem redintegrare. Et vero haud ita multo post occasionem praebuit Achmetes III. misso ad oppugnandum Petrivaradinum CC milium exercitu. Verum meliori jam Hungariae sidere affulgente, improvidi facti breve intra tempus poenas dedit. Caeso enim insigni Principis Eugenii Belli Imperatoris prudentia; tum praestantissimorum Ducum Principis Wirtembergii et Joannis Pálfi virtute suo exercitu; Temesvarinum primum cum tota illa Regione; quam vulgus *Banatum* Temesiensem appellare consuevit, tum Bel-

gras

gradum cum magna Serviae parte amisit. Ita Hungaria, subsequuta an. 1718. pace Pasfarovicensi, veterem suam recepit amplitudinem.

CLXIV. Nec minore studio in revocanda, perpetuoque stabilienda interna Regni tranquillitate desudavit Imperator. Id vero remotis quibusque causis, ob quas hactenus Respublica turbabatur, ipsis etiam Statibus et Ordinibus sollicitè cooperantibus, ita feliciter perfectum est, ut nulli amplius in Regno motus, nullae, quae Dei est clementia, perturbations ad haec usque tempora observatae fuerint.

Inter-  
nam  
tranquil-  
litatem  
revocab

CLXV. Communis sub anterioribus e Domo Austriaca Regibus Prae-  
latorum, Baronum, ac Nobilium fuit querimonia; Libertates, Immunitates, Privilegia, Statuta, Legesque a Divis olim Hungariae Regibus concessas, infractas esse. Carolus in ipso regiminis sui aditu, antequam coronaretur, omnia sese, prout super eorum usu et intellectu, Regio et communi Statuum consensu, diaetaliter

Libertas  
tes No-  
bilitium  
confer-  
vat.

*conventum fuerit*, observaturum jurejurando promisit; a) et quoad vi-  
xit, sanctissime etiam fervavit. —  
Et quia, mutatis rerum circumstan-  
tiis, multae leges et consuetudines,  
quae olim laudabiles fuere, jam per-  
niciosae, aut certe illius aevi cir-  
cumstantiis minus accommodae vi-  
debantur, Aug. Imperator, Statibus  
et Ordinibus consentientibus, ex om-  
ni Statuum genere viros jurium et  
*rerum patriarum peritos* delegit, qui  
*Systema legum politicarum, milita-  
rium, oeconomicarum, atque judicia-  
rum* emendandarum, novarumque  
ferendarum elaborarent, Regioque  
deinde obtutui subjicerent. b) Et  
fane eximiis his viris, tot tantasque  
sapientissimas leges, quae a Caro-  
lo Imperatore conditae, ac in Co-  
mitiis Anni 1723. et 1729. non si-  
ne intima Statuum et Ordinum; Re-  
gnique universi voluptate promulga-  
tae fuerunt, in acceptis referre de-  
bemus. Ita enim his res Regni po-  
li-

---

a) Vide Diploma Regium Art. 2. Anni  
1715, insertum.

b) Art. 24. et 59. anni supra citati.

litica, oeconomica, militaris, atque judicialis constituta fuit, ut negotia quaevis cum insigni et Reipublicae emolumento, et privatorum commo- do deinceps decurrerent.

CLXVI: Jam per id summum <sup>Rem po-  
liticam ;</sup> Hungariae beneficium accessit, quod <sup>conser-  
vatum et</sup> Cancellariae Regiae Aulicae, quae <sup>judicia-  
lem or-  
dinat;</sup> antea ab aliis Dicasteriis Viennensi- bus dependebat, auctoritas restituta; quod Consilium Locumtenentiale Re- gium, legum exequutioni invigilatu- rum, ad formam Regalis Senatus, a Divo olim Stephano instituti, ere- ctum; quod Camerae Hungaricae, quae antea Praefecturae solum spe- ciem praeferebat, ea, qua cetera Aulae Regiae Dicasteria pollent, et dignitas, et jurisdictionis amplitudo concessa; quod antiquum Comitatu- um institutum, multis abusibus sub- latis, sapientissime coordinatum; quod denique res politica, cameralis, et judicialis omni ex parte emendata fuerit.

CLXVII. Res quoque militaris <sup>uti et  
reimilita-  
tione</sup> summa cum prudentia ordinata est.

Aa

Pri-



Primum namque mutua inter Statum Politicum, et Militarem, quod antehac semper desiderabatur, harmonia conciliata est. Deinde, aucta campestri militia, Statibus et Ordinibus loco subsidiorum et Dicarum ad stabilem contributionem accedentibus, intolerabile illud conservandarum continuo Gentium onus, quod non equestrem modo Ordinem, sed Colonos etiam inde adducens fere annis pressit, cessavit. Officiales et milites, severiori disciplinae subjecti, tam Nobilitati, quam Colonis graves esse desierunt, imo vero, dum plures quotannis milliones consumunt, universo Regno utiles effecti sunt. Hac proinde ratione praecipuus lamentorum, quae in Hungaria nullo non tempore resonabant, fomes extinctus est.

Multa  
pro utili-  
tate Re-  
gnum sel-  
tuit.

CLXVIII. Ut Regnum, omnibus naturae beneficiis abundans, rerum sponte crescentium, aut labore et industria productarum reductione ditaretur, solidissimam illam, quae a conditore suo *Carolina* dicitur, usque ad mare Adriaticum viam, portum.

tumque Regium pro excipiendis domesticis et exteris navibus ingenti pecuniarum vi profusa, construi fecit. Terras Turcarum et Tatarorum vastationibus incolis orbatas, ductis undique coloniis, replevit; Urbes Regias elegantibus aedificiis ornavit; rem agrariam provexit; omnis generis manufacturas induxit; ad omnes denique Regni partes Regias suas curas, ac paternam sollicitudinem protendit.

CLXIX. Illud quoque singulari Caesaris prudentiae adscribendum est, quod inveterata inter Magnates et Nobiles Hungariae odia, tum constans quaedam inter Hungariae et Germaniae Proceres, et Ministros aemulatio, ac diffidentia sub felici illius Regimine magna in parte cessaverint. Cum enim multi Magnatum et Nobilium et domi in Dicasteriis politicis, cameralibus, et judicialibus honorifica adepti munia, et foris amplis ornati fuerint dignitatibus, factum est, ut frequentioribus congressibus, mutuaque negotiorum Reginorum tractatione alter alterum

Odia et  
militum  
et aemul-  
tationem  
exacri-  
guit.

terum magis nosse, tum aestimare, ac tandem diligere inceperint. Ita mutuus amor et reciproca studia accumulationem, invidiam, suspiciones, et ipsa etiam odia fensim exstinxerunt, imo vero constantem inter familias amicitiam per connubia, aliisque modis constabiliverunt. Quo accedit, quod Ministri quoque Aulici, et Primores Austriae, Caesaris erga Hungaros clementiam videntes (Regis namque ad exemplum totum componi orbem verissimum est) ipsi quoque et sentire aliter de Natione Hungara, et alia, quam Leopoldi olim Imperatoris Ministri, principia sequi coeperint.

Quietem  
Hungariae  
procurat.

CLXX. Hac ratione, dum Turcae e Regno exacti, Cives ab injuriis defensi, odia Primorum et collisiones sublatae, cuncta denique in ordinem posita sunt, post atroces duorum pene seculorum procellas sub alis clementissimi Principis tuta requievit Hungaria. Nullae amplius turbae, nullae Infurrectiones a) nul

a) Licet Carolo VI. regnante nullus generalis Infurrectionis casus fuerit, vetus

nullae Gentium statutiones, nullae  
dicarum exactiones, nullae mili-  
tum violentiae Regni, et Regni-

A a 3 co-

tus tamen obligatio militandi ultro quo-  
que Nobilitati eo nomine ab omni tri-  
buto immuni per legem etiam Caroli-  
nam inhaesit. *Quandoquidem* (ita sonat  
Decr. I. Anni 1715. Art. 8.) *Nobiles,*  
*et omnes illi, quos sub nomenclatione hac*  
*(cujuscunque sint honoris, dignitatis, et*  
*status Personae) in Hungaria Lex com-*  
*plectitur, pro Regni defensione militare,*  
*adeoque personaliter insurgere, suaque re-*  
*spective Banderia producere, et praestare*  
*teneantur.*

*Id sacra Caesarea, Regiaque Majestas,*  
*quoties necessum esse judicaverit, ad con-*  
*formitatem hactenus sancitarum superinde*  
*legum, a modo imposterum quoque deside-*  
*rare, et exigere poterit.*

In Comitibus etiam anni 1723 condi-  
tus est ea de re. Articulus 6. *Siqui-*  
*dem juxta fundamentalem Patriae Nobili-*  
*tatis praerogativam sensu Tituli 9. Partis*  
*primae operis Decreti Tripartiti, alias-*  
*que Diplomaticas Leges, per sacratissimam*  
*Caesaream et Regiam Majestatem clemen-*  
*tissime confirmatas, Status et Ordines Re-*  
*gni, Partiumque eidem annexarum ab om-*  
*ni tributaria servitute exempti haberentur;*  
*sacratissima quoque sua Caesarea Re-*  
*giaque Majestas eosdem Status et Ord-*  
*ines,*

colarum beatam illam, quam tamdiu fufpirarunt, pacem turbarunt. Unica dies XX. nempe Octobris Anni 1740. toto Caroli VI. Regiminis tempore fatalis illuxit Hungariae, illa nempe, qua amantiffimum fuum Principem, Reparatorem, et alterum fuae felicitatis conditorem fibi ereptum deplo-  
ravit.

Maria  
Theresia  
8. 1741.

CLXXI. Beneficiorum a Ma-  
gno Genitore acceptorum memores  
Hungari digniffimam, Regiisque or-  
natam virtutibus filiam, Mariam The-  
resiam, ingenti cum júbilo, et com-  
muni totius Gentis cum gratulatio-  
ne fufceperunt, atque (anno 1741)  
coronarunt.

Bellum  
Suiffi-  
onale.

CLXXII. Sed communem diei  
ufque adeo festive laetitiam atra  
tem.

---

*nes, tam Dominos terrestres, quam et alios quosvis Nobilitari praerogativa gaudentes, ab omni contributione in perpetuum immunes conservandos, clementissime decernit.*

*Militare nihilominus pro Regni defensione teneantur.*

tempestas, quae se contra tenellam, ac tum primo in Hungaria visam Principem, totamque ejus Domum, omni ex parte congregabat, penitus interceptit. Bavariae Elector, Palatinus Rheni, Elector Saxoniae, Philippus V. Rex Hispaniae, Aula Gallica, Fridericus Rex Borussiae, Carolus Rex Neapolis et Siciliae, Dux denique Mutinensis, vixdum audita Caroli morte, classicum fustulerunt, et ad hereditatem Theresiae diripiendam uno quasi impetu ducti properarunt, omnes milite, et nervo belli dudum jam hunc in finem praeparato egregie instructi hostes. Nullum unquam bellum Domui Austriae iniquiore tempore illatum fuit. Nam et miles veteranus post conclusam die XVIII. Sept. 1739. Belgradensem pacem magna in parte sat inconsulte dimissus, et Aerarium anterioribus bellis penitus exhaustum, et Provinciae, unde succursus expectari poterat, maxima in parte ab hostibus occupatae fuerunt. Sola fere superfuit Hungaria, in qua Regina ab ipsis etiam fociis deserta, spem se posse collocare existimavit.

Hungari  
insurre-  
ctionem  
decer-  
nunt.

CLXXIII. Neque vero eam spes  
fefellit. Conspectus Reginae juvenis  
et formosissimae in medio Procerum  
audis oculis sedentis, sinuque parvu-  
lum Josephum futurum aliquando  
Hungarorum Regem tenentis omnium  
animos commovit. Vidisses Praesu-  
les aetate venerandos, Proceres-  
que gravitate conspicuos lacrimari. —  
Triste aliquamdiu silentium toto in  
palatio tenuit, cum repente omnes,  
Joanne Palfio Palatino praeeunte,  
gladios evaginant, unoque ore *vitam*  
et *sanguinem* inelamant. Eo mo-  
mento scena immutata est. a)

Omnes repente milites fiunt, ne-  
que aliud jam in omnium ore, quam  
*arma et bellum*, versatur. Idem  
paulo post tota Civitate Posoniensi  
multiplicatis clamoribus per vicos  
et plateas resonat. — Qui memora-  
bili huic spectaculo interfuere, nar-  
rant;

---

a) Hanc scenam diversi historiârum Scri-  
ptores eleganter describunt.

rant, universam juventutem Nobilem, quae ad Comitata ex omnibus Hungariae Comitatus more veteri maximo sane numero confluit, ea ipsa die, militari pileo appposito (quem Hungari Csáko-Süveg appellant) capillis ad normam militarem, ligatis, latisque frameis praecinctis in Publicum prodivisse, atque inter militares concentus musicos, et laetas acclamationes, *vivat M. Theresia*, totam urbem percurrisse. Id quod luculenter ostendit, quantus tuendae Reginae suae fervor omnium animos occupaverit,

CLXXIV. Sedato paulisper primo animorum motu, Status et Ordines in Regni Palatio denuo congregati formam generalis Insurrectionis jam prius determinatae accurate descripserunt, subinde Decr. I. Anni 1741. Art. 63. insertam, quam more nostro in compendium redactam isthic subjicimus:

Norma  
Insurre-  
ctionis.  
praescri-  
bitur.

Imo. Omnes Nobiles, et quoscunque sub hac nomenclatione Leges intelligunt, cujuscunque dignitatis, honoris, et status sint, arma —



capiant, atque aut ipsi in persona ad bellum exeant, aut idoneos equites armis, aliisque requisitis bene provisos mittant.

2do. Viduae, pupilli, Comitatum Officiales, aut secus militaria stipendia merentes loco sui equites statuânt.

3tio. Nobiles aliique possessionati juxta numerum portarum 21622 pedites sumtibus Comitatum, Civitatum, ac privilegiatorum Locorum et Districtuum vestiendos, cunctisque necessariis providendos statuent, ex quibus sex legiones efformari debent.

4to. Nobiles et alii possessionati a singula porta Palatinali statuent singulum equitem, id est in toto 5445 equites armis, cunctisque necessariis providendos et intertenendos.

5to. Nobiles unius Sessiois, et Armalistae, qui propter egestatem neque ipsi infurgere, nec equitem mittere possent, juxta aequam Comitatum limitationem, plures simul ad statuendum, sustentandumque equitem concurrant.

6to.

6to. Nobiles Praediales Ecclesiarum, aliique in Bonis Coronalibus degentes, veluti alioquin, a contributione liberi instar aliorum Regni Nobilium, id est viritim insurgant.

7mo. Bona Fiscalia et Cameralia a proportione portarum suarum equites statuunt.

8vo. Jaziges, Cumani, et Philistaei a qualibet porta equitem unum.

9no. Oppida Haidonica a quovis Oppido unum, et singillatim a qualibet porta equitem unum.

10mo. Episcopi titulares, Abbates, Praepositi, Archidiaconi, Beneficiati, Monasteria, Collegia; Residentiae, Conventus, pro ratione Bonorum suorum instar aliorum Nobilium equites statuunt; Monasteria vero aliquot personas pro sacris peragendis expediunt.

11mo. Quodvis Capitulum nomine etiam colectivo sumtum singulum equitem.

12mo. Parochi (exceptis tamen pauperioribus) pro ratione proventuum suorum juxta conscientiosam Dioecesanorum limitationem equites expediunt.

13tio.

13tio. Extranei in Comitatus et Civitatibus residentes, Tricesimatores, Teloniatores, Postarum Magistri, salis, montanorum, aliorumque Dominiorum Officiales, Carbonarii etc. juxta limitationem Comitatum pariter expensis concurrant.

14to. Liberae Regiaeque, et Montanae Civitates singulae singulos equites praestent, et a qualibet porta Palatinali 100 florenos pro necessitatibus Insurrectionis conferant.

15to. Quisque Comitatus militiam a Nobilibus, aliisque statuendam suo sub vexillo in cohortes redigat, et Officiales, qui aptiores videbuntur, praeficiat.

16to. Supremi Capitanei, seu *Generales Districtuales*, in Circulo Transdanubiano Comes Josephus Eszterházy, Judex Curiae Regiae, et Generalis Campi - Mareschallus: in Circulo *Cisdanubiano* Comes Franciscus Eszterházy Magister Agazonum Regalium, et Generalis Equitatus: in Circulo *Cistibiscano* C. Georgius Csáky Generalis Campi - Mareschallus: in *Transtibiscano* C. Alexander Karolyi, Generalis Campi Mareschallus consti-

stituti sunt, insurgentem Nobilitatem, statuendosque equites directuri.

17mo. Univerſa hæc militia intra Regnum ſuntibus Regni, extra Regnum Regiis ſuntibus alatur.

18vo. Circa modum victualia ſuppeditandi, circa præcavendos militarium exceſſus, aliaque plura acceſſoriae regulæ ſtatuuntur.

CLXXV. Tali pacto jam ex ſola Hungaria ingens exercitus conflatus est. Inſurrectionis felix progreſſus. Accesſerunt huic copiae Regnorum Croatiae et Slavoniae, acceſſerunt confiniarii milites. Quævis Légio aliud nomen, alia vexilla, aliam veſtitus, eamque pro illa ætate exteris mirabilem formam, alia fere etiam arma præſeferebat, id quod teſtantibus exteris Scriptoribus, Gallis, et Bavaris rei novitate attonitis panicum ubique terrorem incutiebat, quem forma hominum, præfertim Croatarum, e confiniis Turciae advenientium illo tempore adhuc factis inculca, myſtaces propendentes, rubri pileoli, et pallia rubra, pectus hirsutum, ſemper etiam rigidiffimo frigore apertum, frameaeque de hu-

me.

meris pendentibus incredibiliter auxere. Sed praesertim Trenkius, qui mille Slavones maxima parte praedones, praeter alia arma longis cultris instructos, ac Turcarum instar vestitos, disciplinae impatientes secum ducebat, quocumque venit, terrorem sparsit. — Tot tantisque copiis per omnes Regni Croatiae et Hungariae exitus in Austriam, Bohemiam, subinde Bavariam irruentibus, Caesareumque exercitum fortissime adjuvantibus, pavor, consternatio, ac desperatio hostes invasit, caesi aliquoties Galli cum Bavaris Austriam et Bohemiam celeri fuga reliquerunt, evastataque Bavaria nec trans Rhenum, quo Hungari, Croatae, et Slavones cum exercitu Caesareo hostem insequentes transgressi sunt, tutos se fatis esse crediderunt. Ita Domus Austriaca exiguum intra tempus infensissimis hostibus liberata, conclusis subinde pacis tractatibus, quietem sibi procuravit.

Sed quies haec minime diuturna fuit. Fridericus enim Rex Borussiae, quamvis jam prius Silesiae par-

parte potitus, anno 1744 praeter omnem expectationem valido cum exercitu in Bohemiam irrupit. Nova hac tempestate coorta M. Theresia, cum Regni Comitata indici praesentis periculi magnitudo haud sineret, Primores Hungarorum de salute Monarchiae consultaturos accersiri iussit, quorum consilio ad universos Comitatus literae expeditae sunt, quibus imminens Augustae Domui periculum proponitur, et quid consilii capiendum, opinio a Comitibus exposcitur. Quid aliud consilii capiendum, reposuerunt Comitatus, quam ut seposita omni mora ad arma denuo confurgatur, et generalis Regni Insurrectio, ad quam omnes pro Regina sua amplectendam parati essent, promulgetur. Nec mora, vexilla Comitatum exponuntur, Nobilitas arma iterum capit, portalis militia educitur, subsidia indicuntur; denique paucis interpositis mensibus Nobiles Hungari insurgentes jam per Bohemiae et Moraviae campos armati feruntur, vitam et sanguinem pro Regina sua Principe consecraturi. Quae quidem Hungariae Nobilitatis promittu-

tudo vel ideo etiam ab aequis rerum aestimatoribus magni fiebat, quod ea, vix periculo audito, nec Comitibus expectatis, nec casu Infurrectionis praesente solo amore erga Principem suam ducta, absque ulla mora, sponte ac benèvole ad arma confurrexit. Ut vel hinc etiam appareat, quantum amato Principi in libero sui que amante populo praesidii insit. a)

Beneficia  
M. Theresiae in  
Gentem  
Hungaricam.

CLXXVI. His Gentis Hungaricae erga se Domumque Austriacam studiis ac praestitis in summa necessitate servitiis mirifice recreata M. Theresiae.

---

a) Adsunt in manibus meis acta Congregationis Comitatus Szaladiensis, ea occasione celebratae, quae sine intimo animi sensu legi non possunt. His editis (alia inter dicitur) nemine contrariante tota istius Comitatus Universitas ad contestandam ulteriorem quoque, et nunquam interituram devotionem, fidelitatem, amoris testimonium et luculentius documentum: *Vivat, vivat M. Theresia, Regina Hungariae et Bohemiae!* alacribus, promptisque animis acclamavit - - - et generalem Infurrectionem decrevit. Item alii etiam omnes Comitatus raro sane exemplo fecerunt.

Theresia gratum suum animum cum  
sub ipsa expeditione a) tum toto de-  
ia-

n) Alia inter digna commemoratu est Epi-  
stola, quam Aug. M. Theresia ad Comitum  
Joannem Pálfi Regni Palatinum die 13. Ju-  
lii 1744 exaravit. *Ex eo, quod de felice*  
*(inquit illa) Rhēni trajectu ex nunciis*  
*publicis intellexistis, haud dubit vobis con-*  
*stabit, quam strenue et fortiter copias*  
*Hungaricae se gesserint. Secuti sunt ini-*  
*tium adeo prosperum successus adhuc for-*  
*tunatiores. Expugnata equidem moenia*  
*quasi invincibilia ad Lauterburgum, occu-*  
*pata etiam ipsa haec Civitas, dispersi illi,*  
*qui in Regionibus illis erant, inimici, capta*  
*horum vexilla et tympana. Quae omnia*  
*post Omnipotentis auxilium fortitudini,*  
*dexteritati, et prudentiae nonnisi dictarum*  
*copiarum attribuenda sunt, prouti ex li-*  
*teris Principis Caroli cognati mei dilectis-*  
*simi uberius hic perspicietis. Non igno-*  
*tum quidem vobis est, quantus omni*  
*tempore fuerit et affectus, et fiducia mea*  
*erga Nationem adeo mihi caram, persua-*  
*sumque vobis erit, et affectum, et fiduciam*  
*meam majorem indies erga eandem fieri,*  
*cum indies specimina majora habeam,*  
*quam parum spes de eadem concepta me*  
*sefellerit. Nihil proinde est, quod in va-*  
*lore, fideque Hungarorum omni prorsus*



inceps vitae tempore, quoties occasio se dabat, non verbis solum contestata est, sed multiplicibus etiam maximisque Regiae benevolentiae, ac propensi sui in Nationem Hungaram animi testimoniis comprobavit. Volumina conscribenda forent, si beneficia, quibus Gentem Hungaram, quoad vixit, nullo non tempore cumulavit, recensere vellem. Libertates Nobilium, omniumque Statuum sanctissime conservatae, Regnum Slavoniae, multique tractus antea confinarii cum integra Provincia Temesiensi Regno reapplicati: XIII Oppida Scepusiensa cum adnexis Dominiis a Polonis revindicata: Nobilis Turma Praetoriana erecta: Ordo S. Stephani Regis Apostolici institutus: florens superioribus seculis Aulae Regiae Familiarium dignitas instaurata: Buda Arce Regia, Posonium nobilif.

---

*occasione mihi non promittam, nihilque quod lubenti, et grato animo Majestatis nostrae ad Regni Bonum facere parata non sim. Palma rer. Hung. P. III. ad annum 1748. §. VII.*

lissimis aedificiis exornatae: nobili  
juventuti educandae nova contuber-  
nia condita; aut vetera melius con-  
stabilita: res literaria provecta: au-  
ctum et domesticum et externum com-  
mercium: res agraria in meliorem  
ordinem revocata: industria excita-  
ta; novi Episcopatus conditi: auctus  
populi numerus, plurimaeque alia to-  
tidem sunt singularis M. Theresiae  
erga Nationem Hungaram monimen-  
ta nullo unquam tempore e memo-  
ria fidelium, et gratorum Hungarorum  
peritura.

CLXXVII. Illud vero, quoniam Confinia  
ordinata.  
cum scopo hujus operis connexum  
est, specialem meretur attentionem,  
quod gloriosa hac Principe regnante  
confinia Croatiae, Slavoniae, Te-  
messiensis Provinciae ac Transilva-  
niae Regiis sumtibus egregie firmata,  
coordinata, et copioso milite natio-  
nali instructa fuerint, adeo, ut non  
modo securitati Regni Hungariae opti-  
me prospectum, ac proinde Regnicolae  
a gravissimo limites, uti olim,  
propriis viribus ac sumtibus tuendi  
onere liberati sint, sed necessitate

exposcente LX etiã et ultra millia virorum armis, omnique arte militari egregie instructorum inde in campum prodire possint.

Grata  
Francisci  
Imp.  
memoria

CLXXVIII. Cumque beneficiõrum a magna hac Principe nobis collatorum memoriam recolimus, æquum est, ut Augustissimi etiam ejus Conjugis Francisci Rom. Imperatoris pari gratitudine recordemur. Is enim, cum jam sub Carolo Imp. qua Locumtenens Regius Hungariam per aliquot annos vicaria potestate summa cum laude, nec minore totius Gentis Hungaræ cum solatio gubernasset; subinde (anno 1741) communi Statuum et Ordinum consensu Conregens declaratus per totum vitæ decursum non modo Gentem nostram incredibili amore prosequutus est; verum etiam Augustæ suæ Conjugi, prout ipsa confiteri non dubitavit, a) ingentem illum af-  
fe-

---

a) Cujus rei Aug. M. Theresiæ literæ, die 24. Jan. 1777. ad Capitulum Colozense exaratae sufficiens præbent testi-  
me-

fectum, quem ad cineres usque retinuit, nullo non tempore instillare, atque fovere contendit.

CLXXIX. Tandem Divina providentia ita disponente incomparabilis Regina M. Theresiâ decus sui aevi, et exemplum Principum, inter amplexus Josephi filii et Successoris sui 29. Nov. 1780 ex hac mortali vita ad meliorem migravit. Rexit Hungariam annis XL. M. Ludovico Hungariæ Regi et pari regiminis annorum diuturnitate, et insigni erga Deum pietate, et incredi-

Obitus  
M. Theresiæ.

Bb 3

bi.

---

monium, in quibus de Augusto suo Conjuge Francisco I. tum jam fati functo, his memorabilibus sane verbis utitur: *Hic enim ille Suasor et Magister noster est, qui nos initio statim felicitis regiminis nostri charam nobis Gentem Hungaram penitus noscere, aestimare, ac demum ex animo diligere docuit, quod ejus immortale de nobis, deque caro nostro Hungariæ Regno meritum per vos, perque Capitulum vestrum serae posteritati notum esse volumus.* Fragmentum hujus epistolæ ex Notitiis Rer. Hung. Cl. Palma §. 8. de M. Theresia excerpimus.

bili erga Nationem, et vicissim Nationis erga se amore simillima.

Josephus  
Iosephus

**CLXXX.** Venimus jam ad illam, quam nunc sub Josepho II. Rom. Imperatore vivimus aetatem. Decimus in praefens agitur annus, ex quo Augustissimus Princeps Regnum Hungariae gubernat, et intra exiguum hoc temporis spatium, quocunque aspiciamus, totam fere Monarchiae formam aliam intuemur. Alia Dicasteriorum constitutio, alia educandae juventutis tam ecclesiasticae, quam secularis ratio; alia Judiciorum forma; alia Comitatum coordinatio; alter tractandorum negotiorum publicorum modus. Haec rerum immutatio varios necessario hominum sensus post se traxit, cum alii quidem nova Imperatoris instituta laudarent, alii vero damnarent, rursus alii animo in neutram partem deflexo, quis tandem omnium harum innovationum finis futurus esset, iudicium suum suspenderent.

**CLXXXI.** Ego, qui in hoc libro rem potissimum militarem pertractandam sumsi, exiliorem me esse autumo, quam ut, quid sentiam, expromam; cum et si laudibus omnia extollerem, assentatoris, et si vel aliquid damnarem, obtrektoris notam vix effugerem. Ne quid tamen ad perfectionem operis hujus deesse videatur, vel pauca quaequam, quae in ipsis adeo ~~Ex~~terorum scriptis celebrantur, isthic commemorabo.

**CLXXXII.** Equidem complures <sup>Ejus in-</sup>olim Hungaria benignos et affabiles <sup>doles.</sup> numeravit Reges; id tamen indubitatum est, eos certam semper vultu, totoque apparatu extero majestatem praefetulisse, ut vel iis, qui in Aula quotidie versabantur, si quando ad Regem accedendum erat, metus incuteretur. At Josephus hominem se, neque aliud, quam primum in societate Civem cogitans, domi et foris tanquam privatus sine pompa, sine Ministrorum comitatu, sine cohortibus militaribus, sine ullo appa-

Bb 4

ra-

ratu vivit, cubile sine laquearibus aureis incolit, lecto, mensa, et vestitu communibus utitur. — Quisque etiam minimus quacunque fere diei hora accessum habet, non tanquam subditus ad Principem, sed velut filius ad Patrem. — Quemvis patienter audit, et quoad licet, vel consilio, vel gratia sua adjuvat. — Cessarunt, quod nullo sub Rege fuit, genuum flexiones, cessarunt inanes *subditalis reverentiae* testes tituli, sine quibus antehac vel supplicem libellum porrigere nefas fuisset. Si quod infortunium accidat, primus accurrit Imperator; mala quae in Regno eveniunt, primus ille sentit, et auxilium ferre conatur, quam unam rem multis ei centenis florenorum millibus stetisse notorium est. — In pauperes re ipsa tales ingentes quotannis erogat summas; sed ex privato suo, non autem Status publici Aerario, cuius is se administratorem solum, non Dominum existimat, quod utinam multi nostri Reges, praesertim Andreas II. et Uladislaus II. olim cogitassent. — Nunquam vindicta

dictam etiam in eos, a quibus vel mordacibus scriptis, vel liberiori dicacitate laesus fuit, exeruit. — Censurae rigorem usque adeo laxavit, ut ne illos quidem libros, quibus Regiae Constitutiones carpuntur, prohiberi velit, modo crisis intra limites modestiae consistat.

CLXXXIII. At singularem, imo <sup>Justitia,</sup>

rigidam illius justitiam plurima, quae prae oculis nobis sunt, docent exempla. Omnis praepotentia, abusus potestatis publicae, debilioris partis oppressio, munerum acceptatio gravissimis punitur poenis. Eum, qui publicum crimen commisit, nec aetas, nec nativitatis praecellentia, nec potentissimorum patronorum intercessio promeritis poenis eripere potest. — Unicum Mathiam Corvinum Annales nostri exhibent, qui Josepho hac in parte suppar fuit, et quando Respublica magis floruit?

Bb 5 CLXXXIV.



Publica  
instituta

CLXXXIV. Quae pro utilitate aut decore Patriae ab eo instituta sunt, ante oculos omnium versantur. Buda, Regum olim sedes, et Pestinum nobilissimis exornatae aedificiis: viae commerciales, praesertim Josephina, quaqua versus deductae: flumina pontibus instructa: res Oeconomia in omni genere provecta: Fabricae et Manufacturae stabilitae; ipsi vero Fabricatores ex Aerario Regio adjuti: pauperum Institutum introductum: Parochiae in cunctis Dioecesisibus multiplicatae, et ex Fundo Religionis, qui industria Josephi conflatus est, fundatae: educationi Juventutis provisum: denique plurima alia pro communi Gentis nostrae utilitate instituta sunt, quae si necdum perfectionem attigerunt, id non Imperatori, qui omnibus viribus effectum urget, sed aliis causis, quae ita celeriter submoveri non possunt, adscribendum est. — Quodsi inter politicas, et judiciales Constitutiones aliquaе sunt, quae nonnullis minus gratae accidunt, spes est, fore, ut vel tempus earum utilitatem ostendat,

dat, vel ipse Imperator (quem nullo alio, quam boni publici studio duci nemo dubitat) re magis perpensa, eam, quae accomodatior sit, ineat rationem.

**CLXXXV.** Qui historiam Regum nostrorum legit, unicum post primos Duces inveniet Ludovicum I. qui CC. millia campestris militiae in campum educere potuit. At Imperator et hunc numerum longe superavit, ut adeo hoc modo defensi jam tuto requiescere possimus, neque ita facile metuendum habeamus, ut generali indicta Insurrectione in arenam evocemur. Quo accedit, quod difficultates illae, quas in milite sustentando antehac Comitatus experti fuerunt, quaeve miseram potissimum plebem premebant, hoc sub Imperatore maxima parte sublatae sint. —

**CLXXXVI.** Etsi quidem tam Carolus VI. quam etiam M. Theresia Augustanae et Helveticae Confes-

Decretum tolerationis christianae.

ſſioni addictis incolis liberum Religionis exercitium vi Legum et Paſtorum conceſſum, factum tectumque conſervare ſtuderint, multa tamen intercurrebant identidem, quibus libertas illa reſtringebatur; quo fiebat, ut Aſatholici nunquam ad plenam animi malatiam pervenire potuerint. At Joſephus haec quoque, quae adhuc ſupererant, impedimenta celebri illo Tolerantiae Chriſtianae Decreto, quod immortalis illi nomen in orbe Chriſtiano peperit, non ſine ingenti totius Reipublicae emolumento removit. Ex eo enim tempore Catholici et Aſatholici ejusdem utique Patriae cives poſitis odiis, eorumque cauſis ſublatis concordiam ubique invicem colunt, mutuiſque jam nunc ſtudiis mutua provehere commoda, viresque omnes, quas antehac in mutuis plerumque infectationibus conſumebant, in unius (uti aequum eſt) Patriae utilitatem convertere ſtudent.

CLXXXVII. Diversas hactenus Regni Periodos legendo, varia illius fata, causasque identidem cadentis, et resurgentis Imperii vidimus, quod aliquando ad summum fortunae apicem evectum ad imum iterum deductum est praecipitium. Id quoque cognovimus, Hungariam tum solum floruisse, cum res militaris recte constituta fuit; id vero nunquam secus obtineri potuisse, quam Nobilitate Hungarica, quae inde ab exordio hujus Monarchiae fortissimum Regni, Regiaeque Domus fulcrum, et columnen fuit, in suo vigore conservata. Ut adeo omnibus omnium temporum eventibus rite examinatis tuto asseverare liceat, Hungariam tamdiu solum salvam, atque incolumem, Regesque fortunatos futuros, quamdiu illustris hic Ordo salvus atque incolumis manserit. — Denique id etiam ex omnibus, quae allata sunt, liquido patet, Insurrectionem Nobilium cum ipso Regni exordio natam, varias quidem pro temporum diversitate subivisse vicissitudines, primae-

na-

naturam quovis tempore retinuisse. Unde Lectori ad cunctas Legum et Historiae circumstantias attento difficile esse non potest ea, quae ad essentiam quodammodo illius pertinent, ab adventitiis, quae nempe tractu solum temporis ei accesserunt, separare, id quod in secunda operis nostri parte exequi conabimur.

DE  
VETERI INSTITUTO  
REI MILITARIS HUNGARICAE  
AC SPECIATIM  
DE  
INSURRECTIONE  
NOBILIUM.

---

PARS II.

AUCTORE

JOSEPHO KERESZTURY DE SZINERSZEK,  
AGENT. AULIC,









temporum varietate variae ac multiples fuere, in Nobilitatem rejicere ridiculum, ne dicam, insanum foret. Designanda enimvero est Periodus, quam sequi nos oporteat, et e tot centenis legibus, quas in Codice Juris Patrii legimus, determinanda una, quae nobis stabilis atque immutabilis instar regulae quovis tempore fervire debeat.

Cur in  
Comitiis  
a. 1764.  
Insur-  
rectio  
non est  
regula-  
ta?

CLXXXIX. Atque utinam Status et Ordines in postremis Regni Comitiis utili huic summeque necessario labori manus admovissent, quando ipsa id temporis gloriose imperans M. Theresia Insurrectionem regulari, eumque redigi in ordinem, *ut per ejus regulationem promptum, atque efficax auxilium pro publica necessitate, atque adeo pro ipsius Regni defensione in omnes eventus haberi possit*, scriptis ad Status et Ordines die 5. Julii anno 1764 literis postulavit, ac majorem in modum ursit. — Verum Status et Ordines a pertractatione hujus materiae abstinendum esse ea occasione existimarunt, idque solum responsi dederunt.

runt: Infurrectionem jam anterioribus legibus pro omni casu definitam ulteriori explicatione opus non habere. a) Imo vero si ullum, hoc certe illud erat summi momenti negotium, quod in tanta legum de Infurrectione conditarum multitudine, ac varietate et explicatione quam maxime eguisse, et curas, studia, omnesque Statuum et Ordinum conatus praeprimis exposcere videbatur.

CXC. Cum itaque gravis illa <sup>Aucto-  
ris ea in  
te pro-  
positum:</sup> quaestio, quaenam Regni Periodus nobis exemplum, quaeve Constitutio

Cc 2

le-

- 
- a) Acta Comitiorum illius temporis testantur, Proceres pene omnes praesertim C. Carolum Eszterházy Episcopum Agriensem, virum auctoritate et scientiis conspicuum contrariae fuisse opinionis, idque difertis verbis affirmasse: *nullum a regulatione Infurrectionis, dum ea ipsis Statibus defertur, praejudicium metui posse: cogitandum esse hostem prius ad limites adesse, imo ad ipsa Regni viscera penetrare posse, quam Status ad consulendum convenire queant, hanc itaque ordinandae Infurrectionis occasionem differri non debere, nec sine periculo posse.*

legem dare debēat, necdum hactenus decisa, superataque sit, liber ea super re opinandi campus et mihi, et cuicumque alteri relictus est. *Opinandi* inquam solum; neque enim is sum, qui ampliorem, quam quae privati cujuscunque auctoris iudicio, atque opinioni deferri solet, auctoritatem mihi arrogem, aut caris meis Concivibus tenui hac opella legem praescribere me posse existimem. — Hæc itaque declaratione præmissa, manus labori gravi profecto, multisque implexo difficultatibus solo eoque sincero Patriæ amore ductus admoveo, ita tamen, ut priusquam rem ipsam enucleare incipiam, Infurrectionis originem, indolem, ac divisionem investigem, easque præmittam notitias, quibus imbuti lectores ea, quae deinceps sequentur, plene intelligere, atque ita in universalem materiae adeo utilis, ac necessariae cognitionem penetrare possint.

Insurrec-  
tionis]  
origo.

CXCI. Origo Infurrectionis ad  
vetustissima Francorum et Germano-  
rum tempora referenda est. Cum e-  
nim

nim exercitus publicis, uti nunc fit, stipendiis continuo alere ea aetate consuetum non fuerit, Caesares, Regesque eorum populorum Provincias, Dynastias, Possessiones, Villas, et Praedia inter Episcopos, Praelatos, Principes, ac Nobiles ea lege distribuerunt, ut oborto bello ipsos ad bellum proficiscentes tanquam Beneficarii, ac (ut termino in jure Germanico recepto utar) *Vasalli* una cum suis *Gentibus*, id est domesticis militibus, *comitari* (unde *Comitum* nomenclatio orta est) ac pro communi Patriae salute propriis expensis militare teneantur. Vicissim autem Episcopi, Praelati, Principes, ac Nobiles Feudatarii partem Honorum, ac terrarum suarum, aut Subditis suis, aut aliis minoris notae Nobilibus, vel Ignobilibus conferre, atque *subfeudare* solebant, ea illis perpetua lege atque conditione imposita, ut ipsos, cum ad bellum proficiscerentur, tanquam *Subvasalli* sequi, atque ita ipsis ac Reipublicae armis servire teneantur. —

Eundem morem sive jam ante ingressum Hungarorum in Pannonia vigentem, seu a vicinis Germaniae populis adoptatum veteres quoque Reges nostros, imo ipsos etiam Duces ad amussim sequutos esse, e una operis hujus Periodo abunde patet. a)

Neque enim Dynastias, Possessiones, Villas, ac Praedia Archiepiscopis, Episcopis, Praepositis, Abbatibus, tum Baronibus, Proceribus, ac Nobilibus absque expressa, aut tacita militandi obligatione collata fuisse, satis constat, et constans per plura secula usus manifeste demon-

- 
- a) Nemo tamen existimet me, cum Insurrectionem a veteri Feudorum Germanicorum consuetudine repeto, ejus esse opinionis, Bona Nobilitati Hungaricae conferri solita non secus ac Feuda consideranda esse. Magnum inter haec et illa discrimen esse et ipse agnosco, et multi ante me evidenter demonstrarunt; exemplum proinde, non rem a veteribus Germanis ad Hungariam traductam esse isthis intelligere oportet.

monstrat. Atque hanc ob causam primis Hungariae sub Regibus Nobiles, Bonorum Possessores, jam *Comites*, jam *Servientes*, jam *Exercitantes*, jam *Milites* appellari consueverunt. Hanc ob causam cunctis Nobilibus pares libertates, privilegia, atque immunitates a Divo Stephano Rege Apostolico, ejusque Successoribus concessa fuerunt.

CXCII. Quoties igitur ordinaria <sup>Praedia-</sup>  
Regni militia, id est stipendiarii <sup>lor.</sup>  
Regii, Jobagiones item Castrorum,  
aliique, quos (§. XXVIII) recensui-  
mus, Regno contra insultus hostium  
defendendo pares non fuerunt, Re-  
gali vexillo sublato, cuncti Archie-  
piscopi, Episcopi, aliique Praelati,  
nec non Barones, Proceres, ac No-  
biles possessionati equis insidere, at-  
que eo, quo salus Regni vocabat,  
*in propriis personis*, id est viritim pro-  
perare tenebantur.

At non satis defensionis Patriae  
consultum iri existimabatur, si Prae-  
lati, Barones, Proceres, cunctique  
Nobiles possessionati suis duntaxat

personis in hostem irent, domesticos etiam milites suos, jam plures, jam pauciores pro ratione nempe dignitatis, Bonorum, aut Sessionum colonialium (§. XXVII.) secum in aciem educere quemque oportebat.

Haec adeo causa fuit, cur pi-entissimi, ac pro salute Reipublicae assiduo vigilantes Reges nostri, dum Archiepiscopatus, Episcopatus, aut Monasteria fundabant, iis partem unam liberorum subditorum armis duntaxat servientium, adjicere consueverint, ut nempe ii pacis quidem tempore Ecclesias contra omnem vim undecunque inferendam tutarentur, bello vero exorto Praelatos suos ad castra proficiscentes viritim comitarentur, eodemque tempore et personas eorum, et Rempublicam contra hostes defenderent. Haec est prima eorum, quos Praediales a praediis ipsis Feudorum instar ex sola militarium servitiorum causa collatis nuncupamus, origo. a) Dubium tamen

a) Sic in Privilegio, quod Divus Rex Stephanus Monasterio S. Mariae et Bene-

en non est, multos Ecclesiarum Praediales inde etiam ortum traxisse, quod primi Reges Archiepiscopatus, Episcopatus, et Monasteria fundando iis Regia quandoque Castra cum appertinentibus terris, et subditis in parte; vel in toto pro dote contulerint, et assignaverint. Quo factum est, ut multi e Jobagyonibus Castrorum in potestatem Archiepiscoporum,

C c s . . . . . Epi-

---

nedicti ad radices montis ferrei Anno 1015. concessit, alia inter dicitur: *Idem Monasterium dotavimus terris, silvis, piscinis, villis, vineis, populis tam liberis quam servis; liberis scilicet 200 militibus, quos sub talem redeginus militiam, ut si forte in Regione suboriatur seditio, ad Monasterii armata manu concurrant custodiam, et Abbati Regalem visitanti praesentiam 12 equites servitium studeant exhibere.* Privilegium hoc in extenso legi potest, in collectione legum Ecclesiasticarum, quam hodiernus Episcopus Transilvaniae Comes Ignatius de Battyán, vir eruditus suis lucubrationibus optime de Patria meritis, atque a nobis alio loco jam laudatus, singulari sane industria suscepit, ac paucos ante annos Albae Carolinae typis Episcopali- bus in lucem edidit.



Episcoporum, aliorumque Praelatorum translati, idem ipsum militare servitium, quo prius Castro Regio obstricti fuere, hac etiam mutatione facta, continuare debuerint, ita tamen, ut amisso deinceps Jobagyonum Castri nomine jam Praediales Ecclesiae deinceps vocarentur, neque amplius sub vexillo, sive Banderio Comitis Castri, verum illius Praelati, cui cesserunt, militarent.

Hinc forte ratio dari potest, cur Praediales Ecclesiarum inde a primordiis Regni Hungariae ad normam Castrensi Jobagyonum non modo a quavis colonicali servitute exempti, sed etiam pro Nobilibus quovis tempore habiti fuerint. Atque ideo illi, quoties Insurrectio promulgata fuit, instar aliorum Regni Nobilium viritim insurgere, suisque expensis militare tenebantur. a)

d

---

a) Id ex Artic. 14. Anni 1567. clare apparet: *Statutum est, idque ex clementi annuentia suae Majestatis, ut Praediales quarumcunque Ecclesiarum (qui in Hun-*  
ga-

Id nihilominus exploratum est, Praediales Ecclesiarum, quamvis pro Nobilibus omni tempore habiti ac re ipsa multis eorum praerogativis gavisissimi fuerint, *verae* tamen, ac *sincerae* Nobilitatis Hungaricae juribus ac privilegiis ex toto gaudere non potuisse, nisi distincto quoque privilegio Regio, vel integrae Praedialium Communitates, vel particulares ex iis familiae in numerum verorum Regni Hungariae Nobilium cooptatae fuissent. a)

Unde

---

*garia et Slavonia iisdem fere semper praerogativis usi sunt, quibus alii possessionati Nobiles, et quorum homagia et iuramenta aequaliter semper cum aliis Nobilibus fuerunt aestimata) non dicentur: potissimum, quando cum iis Dominis, Praelatis et Baronibus, in quorum Bonis resident, personaliter, suisque sumptibus simili cum aliis Nobilibus onere exercituare teneantur.*

a) Pulerum hanc in rem Diplomã a Mathia Corvino anno 1467. pro parte Praedialium Ecclesiae Zagrabiensis editum Cl. Kerchelichius Part. I. Cap. VIII. adfert, quod sic sonat: *Mathias Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, et fidelibus Nostris universis, et sin-*

gn-

Episcoporum, aliorumque Praelatorum translati, idem ipsum militare servitium, quo prius Castro Regio obstricti fuere, hac etiam mutatione facta, continuare debuerint, ita tamen, ut amisso deinceps Jobagyonum Castri nomine jam Praediales Ecclesiae deinceps vocarentur, neque amplius sub vexillo, sive Banderio Comitum Castri, verum illius Praelati, cui cesserunt, militarent.

Hinc forte ratio dari potest, cur Praediales Ecclesiarum inde a primordiis Regni Hungariae ad normam Castrensium Jobagyonum non modo a quavis colonicali servitute exempti, sed etiam pro Nobilibus quovis tempore habiti fuerint. Atque ideo illi, quoties Infurrectio promulgata fuit, instar aliorum Regni Nobilium viritim insurgere, suisque expensis militare tenebantur. a)

d

---

a) Id ex Artic. 14. Anni 1567. clare apparet: *Statutum est, idque ex clementi annuentia suae Majestatis, ut Praediales quaruncunque Ecclesiarum (qui in Hun-*

ga-

Id nihilominus exploratum est, Praediales Ecclesiarum, quamvis pro Nobilibus omni tempore habiti ac re ipsa multis eorum praerogativis gavisissimi fuerint, *verae* tamen, ac *sincerae* Nobilitatis Hungaricae juribus ac privilegiis ex toto gaudere non potuisse, nisi distincto quopiam privilegio Regio, vel integræ Praedialium Communitates, vel particulares ex iis familiae in numerum verorum Regni Hungariae Nobilium cooptatae fuissent. a)

Unde

---

*garia et Slavonia iisdem fere semper praerogativis usi sunt, quibus alii possessionati Nobiles, et quorum homagia et iuramenta aequaliter semper cum aliis Nobilibus fuerunt aestimata) non dicentur: potissimum, quando cum iis Dominis, Praelatis et Baronibus, in quorum Bonis resident, personaliter, suisque sumptibus similis cum aliis Nobilibus onere exercituare teneantur.*

a) Pulerum hanc in rem Diplomã a Mathia Corvino anno 1467. pro parte Praedialium Ecclesiae Zagrabiensis editum Cl. Kerchelichius Part. I. Cap. VIII. adfert, quod sic sonat: *Mathias Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, et fidelibus Nostris universis, et sin-*

gn.

Unde ratio deduci potest, cur  
in-

*gulis Nobilibus et alterius cujusvis Status possessionatis hominibus Regni Nostri Sclavoniae salutem et gratiam. Pro parte fidelium Nostrorum Praedialium Episcopatus Zagrabiensis Nostrae expositum est Majestati ea modo: qualiter videlicet ipsi ex antiqua eorum consuetudine, ac indulgentis et concessionibus Divorum Regum Hungariae, Nostrorum videlicet Antecessorum, semper in medio eorum laudabiliter observatis, omnibus illis libertatibus, et Nobilium praerogativis, quibus ceteri Nobiles Regni quomodolibet utuntur, et gaudent, isto dumtaxat excepto: in quantum videlicet jurisdictioni praefatae Ecclesiae Zagrabiensis, et Episcopo in eadem Ecclesia pro tempore constituto, cum debitis et consuetis servitiis, et obedientia subjecti haberentur, usi fuerunt et gavis. Super quibus quidem praerogativis eorum jura et litteras praefatorum divorum Regum emanatas habuissent, et confectas. Sed eadem praeteritis disturbiorum temporibus, quae in dicto Nostro Regno Sclavoniae ante crebro invaluissent, ab eis aliquomodo alienatae essent. Quapropter nunc Dicatores proventuum Fisci Nostri Regalis in eodem Regno Nostro Sclavoniae existentes eosdem Nobiles juxta formam Decreti novissime per Praelatos et Barones Nostrorum editi in medium aliorum Regnicola-*

*rum*

integri Districtus Praediales a) plurimaeque in diversis Regni partibus  
Prae-

*rum nostrorum ignobilium annumerare, et ab ipsis dictos proventus Fisci Nostri exigere vellent. Supplicarunt nobis, ut ipsis superinde opportune providere dignaremur etc. - - - Nos igitur supplicatione pro parte eorundem Nobilium praedialium ipsius Episcopatus Zagradiensis Nobis porrecta Regia benignitate exaudita et clementer admissa, praeattactas litteras annotatorum Nobilium Regni Nostri Slavoniae - - - quoad omnes earum continentias, clausulas, et articulos quatenus eadem rite et legitime emanatae et viribus earum veritas suffragatur, acceptandas, approbandas, et ratificandas; nihilominus ea et omnia in eis contenta pro praefatis Nobilibus Praedialibus, ipsorumque Haereditibus et posteritatibus universis innovandas perpetuo valituras confirmamus etc.*

a) Districtus Archiepiscopales Vaika, Ersek-leel et Verebély ejusmodi privilegiis reipsa exornatos esse, fide digna relatione intellexi. Quodsi ita est, expressionem illam, quae in opus meum, quod inscribitur: *Introductio in opus Collectionis Normalium Constitutorum*: a me Anno 1788. editum P. I. §. 85. his verbis irrepsit: *Praediales ejusmodi nobiliores Colonis, sed Nobilibus*  
in.

**Praedialium Communitates**, juribus et praerogativis verae ac sincerae nobilitatis Hungaricae hodiedum perfruantur, aliae contra non ultra ordinariam Praedialium sortem, vi cuius non tam Nobiles, quam *quasi* Nobiles reputantur, eluctari hactenus potuerint.

Quod de Praedialibus Ecclesiarum hactenus dictum est, id ipsum etiam de Praedialibus Regiis, ac nonnullorum in Hungaria Magnatum intelligendum est. Solebant enim Reges propter defensionem Regni non modo in Bonis suis certam Subditorum suorum partem a communibus Status colonialis oneribus eximere, unico militandi onere iis relicto, sed etiam perpetuis Regni Baronibus, quales liberi, ac perpetui Comites fuerunt, imo Nobilibus etiam quibusdam familiis eam ipsam obligationem

---

*inferiores mediam quasi Nobilitatis classem constituebant, in praesens solenniter revoco, ac declaro, nihil me eorum avitis privilegiis ea expressione detractum voluisse.*

tionem imponere. a) Et hi sunt illi, qui in Regestum Banderiatorum re-  
la-

a) Plura hujusmodi exempla Cl. Kercheličius in libro suo, cui titulus: *Notitiae praeliminare Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae* adducit. Sic Bela Rex Comitatus Bartolomeo de Veglia totam terram pertinentem ad Comitatum Modrus Anno 1193. tali pacto contulit: *ut infra limites Regni cum decem Loricis, extra Regnum vero cum quatuor Regi serviat, quando exercitus Croatiae ex praescepto Regis universaliter ad exercituandum fuerit convocatus.* Per. III. fol. 167.

Bela filius Andreae II. Regis, fratribus Radus terram Klokoche anno 1224 donavit ea conditione, *ut quoties necesse fuerit, in exercitu Regis 15 Loricatorum, et 100 pedites vernaculos expeditos habeant.* Loco cit. p. 190.

Colomanus Rex cum Petro Szlavize ejusque congenerationibus anno 1102. ad talem devenit concordiam: *quod omnes praedicti teneant suum pacifice et quiete, et quod non teneantur aliqua praedictarum generationum, nec earum homines Regiae Majestati solvere censum, nisi tantum teneantur Domino Regi, quando aliqui invaderent sua confinia Regalia, tunc si Dominus Rex mittet pro ipsis, tunc ire debeant, ad minus cum 10 armigeris equi-*  
tibus



lati certum militum numerum vi dignitatis suae perpetua lege servare, atque indicto bello secum in campum educere, aut Regio exercitui in auxilium mittere obligabantur, quae omnia ut melius intelligi possint, pauca quaedam de Banderiis in medium adferre placet.

Quid sine  
Banderia

**CXCIII.** Banderium vox ex Italico *Bandiera* derivata vexillum significat. Quoties nempe, uti jam supra dictum est, hosti Regnum aut limites invadenti ordinaria Regis militia, id est: Stipendiariae Regis copiae, et Jobagyones Castrorum resistere non potuerunt, Rex Insurrectionem indicere, id est, ut communi loquendi modo utar, *Regale suum Banderium*, seu vexillum levare solebat. Hoc quasi signo belli dato duplex illico nationalis militia consurrexit, atque una quidem ejus  
pars

---

tum de qualibet generatione suis sumptibus et expensis usque ad flumen Dravæ, inde versus Hungariam ad expensas Domini Regis, usquequo exercitus duraverit, abstant permanere. Loco citat. fol. 136.

pars sub Regio Banderio, alia sub Comitatum Banderiis, seu vexillis in campum prodivit.

Quemadmodum autem Regali sub Banderio militare singularis quaedam praerogativa fuit, ita honorificum hunc locum nulli alteri occupare licuit, praeterquam cui id vel ex lege, vel ex speciali Regum privilegio concessum fuit. Qui speciali hac praerogativa condecorati fuerunt, *Banderiati* vocabantur, ac in Regesto Banderiatorum, quod in Regia Visegradiensi conservari solebat, inscribebantur. His proprio vexillo, seu Banderio uti admisum fuit, sub quo domestica eorum militia in campum exire, Regioque se vexillo conjungere debebat.

CXCIV. Regestum quidem, cui <sup>Qui Banderiati?</sup> jus nunc mentio facta est, temporum injuria perivit. Attamen leges Uladislai II. quas in §§. CXXVI. CXVII. et CXXVIII. hujus operis in compendio exhibuimus, eorum, qui ad classem Banderiatorum olim perti-

Mug.

D d

nuere, memoriam nobis reliquerunt. In eorum nempe numero censebantur.

1mo. Rex cum Praedialibus, et reliqua e Bonis Regiis, Reginalibus, et Ducalibus educta militia nationali.

2do. Supremi finitimarum Provinciarum Praefecti, utpote Vaivoda Transilvaniae, Comes Sicularum. Banus Croatiae, et Comes Temesiensis cum Regia militia, qua iis ad tuendam dignitatem etiam pacis tempore constanter uti permisum fuit.

3tio. Archiepiscopi: Strigoniensis et Colocensis cum suis Praedialibus, et reliqua militia Banderiali, id quod de omnibus, qui hic recensentur, intelligendum est.

4to. Episcopi: Agriensis, Variadiensis, Quinqueecclesiensis, Transilvaniensis, Zagrabiensis, Jaurinensis, Veszprimiensis, Vacziensis, Csaniensis, Sirmiensis, et Nitriensis.

5to. Capitula: Strigoniense, Agriense, Transilvaniense, Quinqueecclesiense, Bacsiese, et Albense.

6to. Abbates: de Pécsvárad, de Petrivaradino, de Sexard, de S. Martino, de Zobor.

7to.

7mo. Praepositi: Albensis et Tiliensis.

8vo. E Religiosis: Carthusiani de Löväld, et Prior Auranae.

9no. Perpetui Barones, quorum nempe familiis dignitas Baronatus hereditario jure inhaesit, quales erant: Dux de Vilak, et omnes Comites perpetui et liberi.

10mo. Proceres et Nobiles speciali privilegio coetui Banderiatorum inscripti, quorum nomina §. C XVIII. recensentur.

Omnes hi Banderialem militiam pro defensione Regni etiam tempore pacis servare debebant, Ecclesiastici quidem ex primaevo instituto ratione Decimarum sibi a S. Rege Stephano concessarum; Seculares vero ratione dignitatis, aut privilegii.

Erant tamen et alii quidam ad classem Banderiatorum *extraordinarie* relati, qui quidem pacis tempore constantem ita uti priores militiam *ordinarie* haud servabant, belli tamen tempore eam certis de causis statuere, ac sub Banderio Regio una

cum ea militare tenebantur. Tales sunt :

11mo. Ecclesiastici et Religiosi non quidem banderiatii, decimas tamen percipientes, idque ratione decimarum.

12mo. Barones Regni *temporanei*, sive qui supream in Regno dignitates *ad personam*, ut dici solet, sustinuerunt, uti Palatinus, Judex Curiae Regiae, Magister Tavernicorum etc. Hi certum militum numerum propter dignitatem suam ad bellum secum ducebant, quibus tamen stipendia (uti ex Articulo 1mo. Decr. Ladislai Posth., et ex Decreto Matthiae Corvini §. XCVII. videre est) ex Aerario Regio pendi debebant.

13tio. Ministri Aulici, uti Dapiferi, Cubicularii etc: qui Regem ad bellum euntem cum suis militibus *ex officio* sequi obligabantur. Hinc apparet, fieri potuisse, ut unus idemque bina etiam Banderia ad bellum educeret, uti in exemplo, si perpetuus Comes officium Judicis Curiae gessisset, nam sic et qua perpetuo Comiti, et qua Judici Curiae Banderium servare incubuisset.

Id

Id vero notandum hoc loco est, si quis e Banderiatis pauciores, quam 50 equites sub suo vexillo numerasset, attunc militiae ejus sub Banderio Regio militare jam integrum non fuisse, verum sub vexillum Comitatus eam remitti debuisse. a)

CXCV. Praeter specialem eum honorem, vi cujus Banderiatis una cum sua militia sub Banderio Regio stare, et militare integrum fuit, aliae etiam quaedam praerogativae iis competebant.

Praerogativae  
Banderiatorum.

Ac, *Primo* quidem loco illud commemorari meretur, quod hac ratione pro defensione, ac decore Domus suae constantem pacis etiam tempore militem servandi jus habuerint, qui eos quocunque ibant, praesertim dum Aula Regia invisenda fuit; sequi, excubias in Arce agere, literas ultro citroque portare, alia denique a militari instituto haud aliena munia obire tenebantur.

*Secundo.* Cuique Banderiato proprium vexillum servare, et Banderi-

D d 3

ali

a) Vide Art. II. 1601.

ali suae militiae Capitaneum, quem voluisset, constituere liberum fuit.

*Tertio.* Cum equites illi, quos ceteri non banderiatii Nobiles pro ratione Colonorum suorum, aut portarum suarum statuere obligabantur, ad Banderium Comitatus spectaverint; Banderiatorum contra ea fuit praerogativa, quod illos etiam equites, quos instar reliquorum Nobilium de suis Bonis statuere tenebantur, Banderiali suae militiae aggregare poterint. Unde multi banderiatorum, quando ad bellum eundum fuit, magna priorum militum caterva stipati comparebant, et hoc pacto non mediocrem sibi reliquos inter gloriam pariebant. a)

Qua tamen in re quoad Ecclesiasticos non Banderiatos et Ministros Aulicos aliquod discrimen intercessit. Illorum enim militia, quam ratione decimarum statuere obligabantur

---

a) Ex Historiis apparet, sub foliis Joannis Hunniadis Banderio X mille armatos numeratos fuisse.

bantur, instar reliquorum Banderialium militum ad Banderium Regium pertinuit; contra militia ratione Bonorum statuta tantum Comitatus vexillo subiacebat. — Aulicorum vero Ministrorum officium fuit Regem ad castra euntem cum omnibus promiscue militibus, tam nempe iis, quos ratione dignitatis penes se habebant, quam iis etiam, qui ratione Bonorum statuendi erant, comitari. Quod si Rex ad bellum profectus non est, tum equites juxta numerum Colonorum, aut portarum statuendi sub Comitatum duntaxat vexillo manserunt.

CXCVI. Ex omnibus his de-  
 ducitur, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, aliosque Banderiatos Prae-  
 latorum triplicem suo sub Banderio militiam habere solitos fuisse, et quidem:

1mo. *Praedialem* ex primaevo instituto semper subsistentem.

2do. *Banderialem* stricte talem, quae ratione Decimarum pro defensione Regni aequae semper ali debuit.

3tio. *Communem*, quam nempe tempore belli instar aliorum Domi-

Diversae  
 Banderi-  
 alium  
 species,



norum terrestrium de Bonis pro ratione Colonorum aut portarum statuere oportuit. Porro deducitur Ecclesiasticos non Banderiatos, Decimarum tamen beneficio gaudentes, duplicem militiam in castra educere consuevisse, unam Banderialem, ratione Decimarum, aliam communem ratione Bonorum.

Denique deducitur seculares etiam Dominos Banderiatos duplici pariter cum militia sub Banderium Regium comparuisse, una *Banderiali*, quae vi privilegii, aut Legis constanter pro Regni defensione ab iis inteteneri debuit; alia *communi*, quae tempore belli secundum numerum Colonorum aut portarum statuenda fuit.

Libertial

CXCVII, Cum, uti ex dictis apparet, Praelati, Barones perpetui, tum potentiores Nobiles Banderiati, militem Banderialem propter defensionem Regni constanter etiam pacis tempore juxta numerum lege, aut privilegio definitum inteteneri debuerint, ne quando incumbenti sibi officio deesse cogentur, partem Subditorum suorum a coloniali

cali servitute in perpetuum libera-  
runt, aut aliis liberis hominibus  
undecunque accersitis certas terras,  
seu praedia de bonis suis perenni-  
cum libertate concesserunt, nullo  
alio, praeterquam militarium servi-  
tiorum onere his relicto. Atque hu-  
jus generis milites ordinarie *Liber-  
tini*, aut *Banderiales* quoque vo-  
cabantur. a)

Postquam autem sub Sigismun-  
do, Uladislao II. Ludovico II. et  
Austriacis Regibus mos invaluit, ut  
omnes Nobiles possessionati, tametsi  
non banderiat, certum militum nu-  
merum pro defensione Regni limi-  
tumque custodia constanter etiam pa-  
cis tempore intertenerent, eorum quo-  
que permulti dura necessitate cogen-  
te more Banderiatorum unam Sub-  
ditorum partem a quibusvis coloni-

D d 5

ca-

---

a) De his militibus Art. 14. Anni 1567.  
loquitur: *Simliler etiam Libertinis Do-  
minorum et Nobilium, qui videlicet a Do-  
minis suis terrestribus exempti ab antiquo  
cum equis suis servire et exercituare tenen-  
tur, Majestas sua exemptionem dare di-  
gnetur.*

calibus fervitiis exemptam, et eliberatam unico militandi oneri subjecerunt. Quo pacto Libertinorum numerus vehementer adauctus est. Sed jam hodierno aevo plurimi eorum ad Statum colonicalem, vel ad annum Dominis suis pendendum censum reducti, mutato nomine, alibi *Taxalistae*, alibi *Censualistae* appellantur.

Quo accedit, quod Turcis diversas olim Regni partes tenentibus vicinae iis villae, et possessiones, imo integri saepe districtus a privatorum Dominorum potestate propter publicam necessitatem exempti, aut ductis aliunde coloniis impopulati armis Patriam defendere, ejusque limites hostico oppositos tueri deberint. Confinia haec diversa diversis temporibus, prout nempe Turca has vel illas partes tenebat, fuisse, ac plerumque a vicinis fluminibus nomen accipiebant. Unde alia quidem Tibiscana, alia Marusiana, rursus alia Murana, Draviana, Colapiana, etc. vocabantur. — At profligatis subinde insigni Leopoldi  
et

et Caroli VI. fortitudine e Regno universo Turcis, cessanteque internorum Confiniorum necessitate, sub M. Theresia, alia quidem Oppida antehac militaria in numerum Liberarum Regiarumque Civitatum relata, uti Szegedinum, Neoplanta, Zomborinum, et Szabatka (hodie M. Theresiopolis) alia contra certis privilegiis ornata, uti Districtus Tibiscanus, et Kikindiensis sublata militandi obligatione perpetua fruuntur libertate.

CXCVIII. Sed cuncta Banderia nelytum illud corpus, quod Praelati, Barones, ac Nobiles viritum simul insurgentes formabant, et dignitate, et ordinis praecellentia longe semper antecessit. Hoc fuit omnium aevi primum ac nobilissimum Regiae Domus Banderium, haec celebris illa, uti alias (§. XXII.) commemoravimus, militia Praetoriana, cujus summa et gloriosa semper obligatio fuit, Reges ad bellum euntes comitari, eorum latus stipare, vitae et saluti invigilare, cunctaque prius vitae corporisque pericula subire, quam Regiam Personam suae tutelae concedi.

Primum  
Banderium  
corpus  
Nobilitatis

ditam turpi fuga aut vili metu in periculo destituere.

Unde mirum non est, illustrem hunc Ordinem tot tantisque libertatibus, et privilegiis quovis aevo ex cultum, ornatumque fuisse, mirum vero est, nostra primum aetate, a deoque septem et ultra jam seculis praeterlapsis, repertos fuisse aliquos, qui libertates et privilegia Nobilitatis, praesertim constantem illam, neque unquam interruptam, a tributis quibusvis exemptionem vellicare ausi sunt.

Banderis  
Comita-  
tuum.

CXCIX. Vidimus e praecedentibus unam militiae nationalis partem, eamque reliquis praestantiorum, cum Regali Banderio conjunctam. — Alia ejusdem pars e Gentibus Comitatum, id est ex equitatu, pediatuque illo, quem cuncta reliqua Nobilitas jure Banderii neutiquam gaudens jam pro ratione proventuum suorum, jam secundum numerum Portarum, seu Sessionum colonialium bello promulgato statuere debebat, componebatur. Quisque  
Co-

Comitatus proprium Banderium, si-  
 ve vexillum, proprios Capitaneos,  
 aliosque Officiales, proprium item  
 vestitus genus habuit. Itaque, si In-  
 surrectionem indici contigit, cujus-  
 vis Comitatus copiae sub Banderio  
 sui Comitatus congregabantur, congre-  
 gataeque ad castra exhibant, ibi ve-  
 ro sub uno generali Capiteo uni-  
 tae distinctum formabant exercitum.

CC. Ex omnibus his, quae us-  
 que adhuc dicta sunt, quidnam sub Variae  
 Insurre-  
 ctionis  
 species.  
 diversis Insurrectionum nomenclatio-  
 nibus intelligi debeat, suapte elu-  
 cescit; si enim cuncti Praelati, Ba-  
 rones, ac Nobiles cum suis Banderiis et Gentibus insurgant, *Genera-  
 lis*, si autem pars tantum aliqua  
 Regni, id est, aliquot solum Comi-  
 tatus, hosti viciniore, *Particula-  
 ris* Insurrectio, aut *Exercitatio* di-  
 citur. Sed et illud e praemissis pa-  
 tet, quidnam nomina personalis at-  
 que portalis Insurrectionis denotent.  
 Quantum enim universa Nobilitas  
*personaliter*, uti leges dicere solent,  
 id est viritim arma capit, *Persona-  
 lis*; quantum autem illa Gentes insu-

per suas, id est, certum equitum, peditumque numerum in castra secum educit, aut mittit, *Portalis* vocatur. a)

Quae Pe-  
riodus  
pro  
norma In-  
surrectio-  
nis asse-  
menda?

CCl. Hae sunt notitiae illae, quas pro faciliori eorum, quae deinceps dicturi sumus, intellectu necessario praemittendas esse iudicavimus. Nunc jam ad rem ipsam accedendum, ac praeprimis illa quaestio solvenda est, quaenam e quinque Regni Hungariae Periodis, quas in I. operis nostri parte historice deduximus, pro norma Insurrectionum nostrarum assumi debeat. Cum enim

---

a) Origo vocis *Porta* ad Carolum Robertum Regem Hungariae referenda videtur, qui Decreto suo anno 1341. edito constituit: *ut de singulis Portis, per quas currus cum foeno vel frugibus oneratus intrare potest, vel exire, id est, de qualibet Curia, seu sensione coloniali, lucrum Camerae exigatur.* Ab eo tempore mos invaluit, et contributionem secundum *Portas*, seu sensiones coloniales desumendi, et militem secundum certum sensionum, sive portarum numerum exigendi.

enim in quavis Período alia militandi ratio, alter insurgendi modus, alia denique Gentes levandi, et tenendi methodus viguerit, clarum est, omnes simul modos pro norma atque exemplo proponere velle tantundem esse, ac quadratâ rotundis miscere. Percurramus igitur breviter singulas Periodos, et quae in I. operis nostri parte prolixiore narratione continentur, in compendium redigamus. Ita enim proposita quaestio suapte resolvetur.

CCII. Prima Regni Periodus ab ingressu septem Ducum usque ad Belam IV. protenditur, atque universim annos 349 in se comprehendit. Apparet ex illa, sub primis Hungariae Ducibus omnes Scythicae originis incolas milites fuisse. Nam vel arma sequebantur, uti Nobiles possessionati, et Castrorum tam intra Regnum, quam in limitibus constructorum *Jobagyones*, vel militare aliquod Regiumque ministerium obibant, uti *Conditionarii*, *Curriferi*, *Cursores*, *Pistores*, et sic porro. Colonicali etenim servituti tantum veteres Pan-



noniae indigenae sub jugum missi obstricti fuere. Bello igitur quacunque in parte exorto, cuncti Hungari citra ullum status et conditionis discrimen ad arma confurgebant, sive illud intra limites Regni, sive exteris in Provinciis gerendum esset.

A tempore S. Stephani, posteaquam nempe Archiepiscopatus, Episcopatus, Praepositurae Abbatiae, Monasteria consurrexissent, cunctaeque Regni Hungariae Dynastiae, Possessiones, Villae, Bonaque inter Regem, Barones, Proceres, ac Nobiles distributa fuissent; jam certus in militia ordo introductus erat, ut alia quidem *ordinaria*, alia vero *extraordinaria* (§. XXVIII.) esset.

Ad Ordinariam pertinebant

1mo. Stipendiariae copiae; quas S. Stephanus, ejusque Successores majore vel minore numero e Regis suis proventibus conducere et alere solebant.

2do. Jobagyones Castrorum internorum et limitaneorum, secus etiam *Servientes Castrenses* dicti.

3tio.

gto. Cumani, Siculi, Rutheni, et pars aliqua Slavorum, qui ab Hungaris in perpetuam militiae societatem adsciti fuerunt.

At *extraordinariam* Regni militiam constituere Nobiles, quò sub nomine, uti notum est, Praelati, Barones, et Nobiles stricte tales, Bonorum possessores, veniebant, et hi *Servientes Regis* nominabantur.

Quamdiu domandis hostibus ordinaria suffecit militia, extraordinaria plerumque nec ad arma cogi solebat, nec extra limites Regni ire tenebatur. Sed complures e Regibus hanc regulam neutiquam observarunt, quoad Andreas II. (art. 7. Bullae aureae) firmam, perpetuoque duraturam ea super re tulisset legem. *Vid. notam §. XXVIII.*

Quoties Praelati, Barones, et Nobiles insurrexerunt, juxta legem Colomani (Decret. I. Art. 40.) pro ratione censuum a liberis, id est colonis percipi solitorum, certum locicatorum militum numerum secum in  
*Re aciem*

aciem educere, aut Regi in auxili-  
um mittere tenebantur.

Posteaquam autem, ut in Peri-  
odo II. ubertim demonstratum est,  
Castri Jobagyonibus tractu temporis  
disperditis, Bonisque ad Castra Re-  
gia pertinentibus abalienatis ordina-  
ria, eaque fortissima Regni militia  
ex integro cessavisset, itaque mo-  
dus etiam militandi iis temporibus  
usitatus exolevisset, ipsique adeo  
Comitatus diversam accepissent for-  
mam, quemadmodum nec Castra ad  
pristinum statum reduci, nec Bona  
castrensia e mille et mille Possesso-  
rum manibus revindicari, nec Joba-  
gyones, quorum nec memoria ex-  
stat amplius, resuscitari possunt, ita  
evidens est, rem nostram militarem ad  
eorum temporum usum nulla arte  
absque universalis totius Reipublicae  
convulsione revocari posse. Mirari  
igitur veterum in re militari ordina-  
nda prudentiam licet, sequi non licet.

Nec fe-  
canda.

CCIII. Secunda Periodus a Be-  
la IV. initium sumit, continuata-  
que usque ad electionem Caroli Ro-  
ber.

berti, quae anno 1310 intervenit, annos in toto 75 complectitur.

Post inauditam Tatarorum destinationem, quae regnante Bela IV. accidit, totum Regnum in summam rerum confusionem venit. Jobagyones Castrorum, uti dictum est, maxima in parte concisi, aut dissipati: Nobilitas vero multis cladibus et miseriis vehementer attrita fuit. Accesserunt domesticae Procerum discordiae, tum frequentes in Regum electione factiones, quae in apertum quandoque bellum eruperunt.

Tota igitur Regni machina conturbata: bella gerebantur, uti potuerunt. Reges nimirum, quoad per angustias aerarii licuit, stipendiarium militem alebant; adhibebantur reliquiae Jobagyonum; denique Nobilitas quoque, tametsi vehementer imminuta, operam suam, quantum fieri potuit, Patriae labanti addicebat.

Cum nulla hujus temporis Decreta prostent, neque quomodo res ejus temporis militaris tractata fuerit,

sufficiens ex Historicis lumen haurire liceat, suapte patet, nec principia, quibus ejus temporis Insurrectiones fiebant, erui, nec adeo ullam, quam sequamur, normam inde arcessi posse.

Nec  
quarta.

CCIV. Quarta Periodus, cujus principium sub Ludovico II. finem vero sub Josepho I. defiximus, annos universim 185. explet.

Nulla hacce Periodo, quemadmodum ex tristissima illius descriptione luculenter patuit, Regno Hungariae magis fatalis atque calamitosa illuxit.

Saevisimus Christiani nominis hostis non contentus Hungariam cunctis pene Provinciis denudasse, in ipsa adeo ejus viscera penetravit, plurimasque Arces, Civitates et Oppida cum adjacentibus villis, et agris non occupavit modo, sed duobus pene seculis tenuit. Coacti igitur fuisse pientissimi, ac pro salute infortunati Regni nullo non tempore solliciti Austriacae Domus Principes inde a Ferdinando I. numerosam in Hun-

Hungaria militiam immensis conductam stipendiis constanter alere, novisque quolibet pene anno supplementis redintegrare.

Hungari quoque, de quorum praecipue salute agebatur, extremos adhibere conatus, ut excusso Tyranni jugo veterem reciperent libertatem. Hinc quotidianae pene Insurrectiones, continuae militum stationes, perennis Gentium conservatio, bella sine fine. Nulla in his certa regula, nullus fixus ordo. Jam enim a singulis Colonis, jam a quinto quoque; jam a 10, aut 20 domo, portave coloniali eques, aut pedes statuendus erat. Nunc universa Nobilitas, nunc aliqui solum Comitatus, nunc cum Banderiis et Gentibus, nunc sine his in arenam descendere cogebantur.

Nulli Subditorum, cujus facultates vel 6 florenis aestimabantur, imo ne iis quidem, qui sub jugo Turcico gemebant, parsum fuit. Parochi quantumvis egeni, Altaristae, Ludimagistri, Carbonarii, denique mi-

ferrimi quique homines aut militem statuere, aut in ejus conductionem; sustentationemque modicum illud aeris, quod sanguineo partum sudore pro extrema quisque necessitate repositum habuit, conferre jubebantur.

Quamobrem sicut aegro periculose decumbente multa Medicorum consilia, ita continua circa id tempus in Regno Hungariae celebrabantur Comitia; innumera Decreta condebantur; leges sine fine promulgabantur; sed plerumque sibi adversantes. Neque enim hic fixa Insurrectionis, reique militaris principia stabilire licuit, quando aliae continuo, atque aliae bellorum circumstantiae alia atque alia consilia et constituta requirebant.

Quis igitur Periodum adeo confusam et turbulentam vel aliquam Insurrectionibus nostris normam suppeditare posse adstruere audebit? vetus proverbium est: *necessitatem legem non pati*, vulgatumque jurisconsultorum axioma: *id quod in statu summe violento fit, in exemplum trahi*

*hi non posse; sed et leges sibi ad-  
versantes mutua collisione tolli.*

CCV. Quinta Periodus Carolo <sup>Nec  
quinta</sup>  
hujus nominis VI. Imperatore Regni  
Hungariae possessionem hereditario  
jure adeunte inchoata, atque ad no-  
stram usque aetatem, annis quippe  
77 perdurans beatam illam, quam Ma-  
jores nostri tanto tempore incassum  
suspirarunt, Hungariae reduxit pa-  
cem.

Nulla, quae Dei est clementia,  
toto hoc temporis intervallo opus fu-  
it Infurrectione, eam unam si de-  
mas, quae Gallis, Bavaris, et Bo-  
ruffis ad carpendam M. Theresiae  
hereditatem confurgentibus promul-  
gata est; sed illa extraordinaria so-  
lum fuit, talisque, quam ipsi Sta-  
tus et Ordines nullo unquam tem-  
pore pro norma assumi debere pu-  
blica interposita cautela declararunt. a)

Re 4

Le-

a) *Generalis Regni Infurrectio pro hac dunta-  
xat vice et necessitate determinatur, sub con-  
ditionibus et cautelis, ne ex hinc futuris  
quibusvis temporibus consequentia formari  
possit. Art. 63. 1741.*



Leges vero sub Carolo VI. anno 1715 et 1723 conditæ id solum generalibus terminis statuunt: *Nobiles et omnes illos, quos sub nomenclatione hac in Hungaria lex complectitur, pro Regni defensione militare, adeoque personaliter insurgere, suaque respective Banderia producere et præstare teneri. idque Regem, quoties necessum judicaverit, ad conformitatem hactenus sancitarum legum amodo imposterum quoque desiderare et exigere posse. a)*

Provocatio itaque solum ad antecedentes leges facta fuit, ut adeo vel id quoque argumento sit, normam Infurrectionis aliis in Decretis quaerendam esse.

Sol. ter-  
tia Peri-  
odus.

CCVI. Sola igitur Periodus III. nobis et exemplum quod sequamur, et normam, quam observemus, præbere debet, sub quam nimirum Regnum Hungariæ ad summum amplitudinis et splendoris gradum pervenit: Res-  
pu-

a) Art. 8. 1715. 2. 1723.

publica nullis bellis civilibus perturbata, aut graviore quapiam hostium invasione labefactata fuit: denique Reges sapientia, consilio, divitiis, fortitudine, ac potentia toto orbe clarissimi regnarunt. Hoc illud est aureum Regni Hungariae aevum, cuius vel ipsa plebs rustica memoriam hodiedum recolit, et ad quod, dum nobis veterem Hungariae splendorem ante oculos ponimus, respicere solemus. Dignum adeo est, ut sapientissima illius aevi instituta, quantum hodiernae aetatis ratio admittit, omni cum promptitudine sectemur.

CCVII. Quoniam autem plures ea in Periodo Reges suprema Reipublicae Hungaricae praefuerunt cum potestate, ulterior quaestio occurrit, cuiusnam ex iis Leges militares, quibus nempe Insurrectio, resque militaris continetur, tanquam firmam fixamque regulam considerare, atque observare nos oporteat? — Ut, quid hac etiam in re sentiam, explicem, Sigismundi Imperatoris Regisque Decreta, ac nominatim Decretum V. anni 1435 tanquam fun-

Leges Sigismundi  
fundamentum  
Insurrectionis,

damentalia tenenda fervandaque esse pronuncio; primum ideo, quia primus hic, quantum nobis ex universa historia constare potest, ordinatum Infurrectionis Systema Statibus et Ordinibus consentientibus condidit. Deinde vero, quia cuncti ejus Successores Reges, Statusque et Ordines Regni hoc ipsum Systema tanquam legem fundamentalem et respexerunt semper, et observarunt, ac, si quando graviolem ob necessitatem ab eo aliquantisper recedere coacti sunt, semper tamen ejusmodi cautelae interpositae fuerunt, ut vigor Sigismundae Constitutionis salvus atque integer permanferit.

Enimvero Albertus unico, quod exstat, Decreto suo eum ipsum, quem Sigismundus praescripsit, Infurrectionis modum et ordinem, ut nempe Rex *Stipendiariis suis Regnum, ejusque limites defendere obligetur, ac proinde, donec stipendiati ejusdem exercitantes adversariis resistere poterunt, Regnicolis exercitus generalis non proclametur.* Art. 3. stabilivit.

Sub

Sub Ladislao Posthumo propter summum, quod a Turcis toti Hungariae Regno imminebat, periculum a lege quidem Sigismundea pluribus in punctis recessum est, ne tamen id aliquando in exemplum traheretur, et Rex, et Praelati, Barones, Proceres, Nobiles omnes in Comitii congregati fide sua Christiana interposita, ac sigillorum etiam suorum appensione Art. 14. caverunt, sponderuntque, *quod a modo et deinceps nullo unquam tempore talem inconsuetam exercitiationem facient, et promulgabunt. a)*

In Decreto Michaelis Szilágyi anni 1458. Art. 2. iisdem quasi verbis, quae paulo ante e Decreto  
Al.

---

a) Quoad Statum tamen Ecclesiasticum rem penes legem Sigismundeam mansisse Art. 3. docet, qui sic sonat: *Dominum Archiepiscopi, Episcopi, Praepositi, et Capitula, ac Abbates, et alias dignitates et honores Ecclesiasticos majores tenentes, quemadmodum tempore condam Sigismundi — Imperatoris et Regis Avi nostri consueti fuerunt, cum ipsorum Banderiis ac numero lancearum exercituare teneantur.*

Alberti adduximus, constitutio Sigismundi Regis renovatur.

Mathias Corvinus bellicosissimus nostrae Nationis Princeps in Decr. III. 1471. Art. 7. expresse sanxit, *ut in exercitatione, et in levatione Banderiorum, Praelatorum, Baronum, et Regnicolarum idem modus, qui fuit tempore condam Domini Sigismundi Regis, teneatur.* Quodsi in Decreto Szegediensi, quod §. XCVII. operis nostri insertum est, a communi Infurrectionis norma aliquantisper recessum fuit, cogitare oportet, exercitationem illic descriptam ad trium duntaxat mensium spatium restrictam fuisse. Nihilominus, et illic Sigismundi Regis sanctio citatur, normaque ab eo praescripta per *lysicut tempore condam Domini, Sigismundi Regis confirmatur.*

Uladislao II. plurimum sane in acceptis referre debemus. Is enim leges Sigismundeanas, quantumvis nonnullis in capitibus mutatio aliqua intercesserit, multum illustravit, ac parte in aliqua etiam renovavit, ut  
adeo

adeo Decreta illius, quantum Sigismundeis expresse non adverfantur, nobis pro regula pariter deservire debere existimem. a)

Ludovicus II. quamvis in *extremo Regni periculo* majorem, quam Sigismundus Imperator Gentium statuendarum numerum Nobilitati imposuerit, tamen pluribus in articulis legem Sigismundeam aut expresse allegat, aut tacite confirmat: b) Uladislai vero II. Decretum generale, seu majus, quod cum Sigismundo maxima in parte cohaeret, non una vice commemorat.

### CCVIII.

- a) In Decreto autem IV. Art. 22. expressa mentio Constitutionis Sigismundae fit, his verbis: *Conservatio Gentium per Dominos Praelatos, et viros Ecclesiasticos Banderiatos pro Regni defensione fienda observetur secundum regestum condam Domini Sigismundi Imp. et Regis in domo Tavernicali Regiae Majestatis repositum.*
- b) Sic Decr. II. Art. 2. praecipitur: *ut Praelati, alique Ecclesiastici Gentes suas juxta formam generalis Decreti et regesti Excellentissimi quondam Principis et Domini Sigismundi Imperatoris et Regis pro Regni defensione conservare tentantur.*

In com-  
pendium  
reductae

CCVIII. Stabilito itaque princi-  
pio, Leges Sigismundi Imperatoris  
pro fundamento, et norma nobis de-  
servire debere, eas in compendium re-  
ductas hic subjicio, ita tamen, ut  
quantum Decretis aliorum Regum,  
praesertim Uladislai II. explanatae,  
illustrataeque sunt, id quoque ad-  
jicere, aut in forma animadversionis  
addere haud praetermiserim.

*Articulus I.* Rex ex propriis  
Coronae, proventibus tam confiniis  
providere, quam Regnum defende-  
re, ideoque sufficientes Gentes in-  
tertenere, armis, victualibus, aliis-  
que necessariis providere tenetur. a)

*Articulus II.* Si Rex pro suo  
commodo et utilitate extra Regnum  
bellum gerere velit, id cum suis  
duntaxat Stipendiariis faciat. Tali  
casu Nobiles insurgere, aut Bande-  
ria

- 
- \*) Sigismund. Decr. V. in praefatione.  
Alberti Decr. Art. 3.  
M. Szilágyi Decr. Art. 3.  
Mathiae Decret. III. Art. 7.  
Uladislai II. Decr. I. Art. 17. 18.

ria et Gentes in auxilium mittere non teneantur. a)

*Articulus III.* Si Regia militia propter nimiam hostium potentiam Regnum defendere, et fines tueri non posset; tunc Praelati cum suis Banderiis et militibus, nec non Comites Comitatum cum Baronibus, Proceribus, et Nobilibus, horumque Gentibus in forma generalis expeditionis (Insurrectionis) in succursum ire obligentur. b)

\* Hac tamen in re Uladislaus, aliique Reges certum aliquem ordinem observandum praescripserunt, talem nempe, ut in casu, quo Rex cum Stipendiaria sua militia hosti obsistere non posset.

*Primo:* Archiepiscopi, Episcopi, et omnes Ecclesiastici ordinis Praelati, tam Banderiati, quam non Banderiati, decimas tamen habentes, Banderia et Gen-

- 
- a) Uladislaus Decret. I. Art. 19.  
 b) Andreas II. Decret. Art. 7. Sigismund, Decret. V. Art. 1. Ladislaus Posth. Art. 5. 8. Michael Szilágyi Art. 2. Mathias Corvinus in Decr. Szeged. §. XCVII. hujus operis inserto, Uladisl. II, Decr. III, Art. 18. 19.



Gentes levent, ac in auxilium Regiae militiae mittant.

*Secundo*: His non sufficientibus, Barones aequae Banderia sua, et Gentes in succursum expediant.

*Tertio*: Quod si nec hae copiae domando hosti pares forent, tum omnes Nobiles possessionati Gentes suas eo, quo Rex mandabit, mittant.

*Quarto*: Tandem nec his ad repellendum hostem sufficientibus, personalis omnium Praelatorum, Baronum, et Nobilium sequatur Infurrectio, a)

*Articulus IV.* Omnes possessionati Nobiles, ratione Bonorum suorum Gentes, id est, de singulis 33 Sessionibus colonialibus unum, de 100 vero Sessionibus equites tres armis debite provisos, ad castra mittant, ibique durante bello teneant. b)

*Ar-*

- a) Decret. M. Szilágyi a. 1458. Art. 2. Mathias Corvinus in Decr. Szeged. § XCVII. hujus operis inserto, Uladislav Decr. III. Art. 18. Decr. V. Art. 24.
- b) Sigismund. Decret. V. Art. 2. Posteriores Reges hunc numerum auxerunt, ut Ladislaus Posthumus, et Mathias Corvinus, sed *extraordinarie*. Uladislavus vero in parte aliqua imminuit, in aliqua auctavit. Vide ejus Decret. III. Art. 16.

*Articulus V.* Qui 33 colonos non haberent; eorum colonum cum aliorum Dominorum terrestrium colonis conjungantur, et sic de singulis 33 colonis eques unus detur. a)

*Articulus VI.* Nobiles colonis carentes in propriis personis, id est virtim, Praediales quidem, seu Banderiales sub Banderiis suorum Dominorum, alii vero Dominos non habentes cum Comite suo Parochiali insurgant. b)

\* Mathias Corvinus hanc Ordinationem limitavit, dum in Decreto Szegediensi (§. XCVII. operis nostri) sanxit, ut pauperes Nobiles, qui nec ipsi ad bellum prodire, nec loco sui equitem statuere possent, iudicio Comitatus limitentur, quoniam nempe simul sumti unum equitem statuere debeant.

*Articulus VII.* Ubi duo, vel plures fratres indivisi, et in uno  
vi-

a) Sigismund. Decr. V. Art. 2.

b) Sigismund. Decr. V. Art. 3. Ladisl. Posth. Art. 4.

victu manentes exstiterint, uno eorum ad generalem exercitum proficente, alii domi remanere possint. a)

*Articulus VIII.* A personali Infurrectione eximantur senes, pupilli, viduae, debiles, et nobiles Dominorum terrestrium Officiales domestici inevitabiliter necessarii, ac servi; loco sui tamen equitem statuunt. Quod si Bona possiderent, equites, uti superius Art. IV. in castra expediunt. b)

*Articulus IX.* Nobiles personaliter insurgentes ultra metas Regni (etiam Rege ultro procedente) ire et militare haud teneantur; eorum vero Banderia et Gentes ultra etiam metas progredi obligentur. c)

*Ar-*

---

a) Sigismund. Decr. V. Art. 4.

b) Sigismund. Art. 3. §.

Ladisl. Post. Art. 7.

Mathias Corvinus in Decr. Szeged. §. XCVII. hujus operis.

c) Albertus Art. 3. Mathias Corvinus Decret. §. XCVII. hujus operis. Uladislav II. Decret. I. Art. 18. Decr. III. Art. 17.

Sunt,

*Articulus X.* Quinam e Genti-  
bus a Nobilitate statutis equites aut  
pedites ad bellum ire debeant, tum  
quinam propter senium, vel aliam  
causam a militia eximendi sint, res  
iudicio Comitatus definiatur. a)

*Articulus XI.* In quolibet Co-  
mitatu Universitas Nobilium unum  
e gremio Nobilium de mediocri sta-  
tu, non ex potentioribus deligat,  
qui cum Iudice Nobilium quorumli-  
bet Regalium, Reginalium, et ad  
Barones, ac Nobiles in eodem Co-  
mitatu possessiones habentes spectan-  
tium Subditorum numerum conscri-  
bant, et registrent, ut sciatur, quot  
quisque Nobilium milites statuere de-  
beat. b)

Ff 2

Ar-

---

Sunt, qui ex *Decreto Andreas II. Art.*  
7. id evincere satagunt, Nobiles ultra  
metas Regni ire teneri, si Rex iis sti-  
pendium præbeat, sed horum opinio jam  
in nota §. XXVIII. sufficienter refutata  
est, ac cunctis posterioribus legibus,  
tum continuo usu refutatur.

(a) Ladisl. Posth. Art. 4.

(b) Sigismund. Decret. V, Art. 6.

*Articulus XII.* Praelati, Barones, ac Nobiles suis expensis militare, ac Banderia etiam, Gentesque durante bello suis sumptibus alere teneantur. Si tamen Banderia et Gentes ultra metas Regni ducerentur, Rex iis de stipendiis providere debeat. a)

*Articulus XIII.* Eorum, qui Infurrectione indicta ad bellum contumaciter ire negligenter, aut ad designatum locum tarde venirent, aut ante finem expeditionis ab exercitu temerarie recederent, Bona occupentur; quid autem cum Bonis ejusmodi agendum, Rex cum Praelatis et Baronibus deliberet. b)

\* Mathias Corvinus hunc articulum (uti in Decreto Szegediensi saepius citato videre (est) quoad heredes convictorum explanavit. *Si aliquis Baronum spiritualium vel secularium, nec non re-*  
in-

---

a) Andreas II. Decret. Art. 7.

Sigismund. Decret. V. Art. 3.

Ladisl. Posth. Art. 8.

Mathias Corvinus Decret. VI. Art. 31.

Uladisl. II. Decret. IV. Art. 21.

b) Sigismund. Decret. V. Art. 7.

*agricolarum majorum vel minorum praemissa facere non vellet, notam perpetuae infidelitatis incurrat; sed haeredes ejusdem propter hujusmodi notam infidelitatis jus proprium non amittant, nec propter hoc iidem haeredes infideles habeantur.*

CCIX. Atque haec sunt summa-  
ria Legum a Sigismundo Imperatore  
latarum, et a Successoribus ejus il-  
lustratarum capita, quibus universum  
Insurrectionis systema comprehendi  
existimo. Diffiteri tamen non possum,  
non paucas quoad plenum earum intel-  
lectum subversari difficultates, quarum  
aliquae propter mutatas temporum cir-  
cumstantias omnino locum habere  
debent, aliae vero ab iis potissimum,  
qui leges patrias penitus perspectas  
non habent, obmotae ex ipsis le-  
gibus eliduntur. Nos, ne quid ad  
integritatem operis desit, quid hac  
etiam in parte sentiamus, pro tenui-  
tate ingenii explicare conabimur, at-  
que ideo cunctas difficultates, quae  
quidem nobis occurrere potuerunt,  
ad certas quaestiones reducemus,  
ac tandem singulis opinionem no-

Dubia et  
difficul-  
tates.

stram illo candore, quem toto hoc in opere testati sumus, subjungemus.

Imo. An  
sine Dia-  
eta In-  
surre-  
ctio pro-  
mulgari  
possit?

CCX. Sit itaque prima quaestio, quae hodie frequentissime agitari solet, an generalis Insurrectio sine Diaeta promulgari possit?

Inde a S. Stephano usque ad Ludovicum II. innumera gesta sunt bella, quibus universa Nobilitas cum Banderiis et Gentibus suis interfuit, ac vi primaevae suae institutionis interesse debuit. Quanta bella Colomanus, Ludovicus I. Mathias Corvinus, Joannes Huniades, Nobilitate quasi semper in forma generalis aut particularis exercituationis praesente, atque utilem suam operam conferente, vel intulerunt, vel sustinuerunt! Ullane Comitia demonstrari possunt, ad quae hi, omnesque eorum Antecessores Status et Ordines eo expresse fine, ut, an in hostem generali Nobilium Insurrectione indicta procedendum sit, deliberaretur, convocassent? Absit! nunquam Natio Hungarica Regum suorum potestatem adeo restrinxit, ut vel Insurrectionem promulgan-

gandi jus eis adimeret, et, si casus aliquis, aut lex contraria demonstrari posset, id semper accidit tum, cum Procerum praepotentia ad eum usque gradum ascendit, ut ipsam Majestatem Regiam, uti sub Uladislao II. et Ludovico II. factum est, omni pene auctoritate exuere non formidaverint.

Et vero ipsa etiam ratio Status sententiae nostrae adstipulari videtur. Quam enim facile accidere potest, ut Turca, vel alter quispiam hostis repente in Hungariam, Transilvaniam, aliamve Coronae Hungaricae subjectam Provinciam irruat? quam facile fieri potest, ut is, quemadmodum dubia semper belli alea est, Regio exercitu caeso, in ipsa Hungariae viscera penetret? a quo quidem periculo anno praeterlapso haud longe absumus, cum exercitus Turcicus praeter omnem expectationem Medadia, Pancsova, Caransebesino, et Uipalanka repentina invasione captis totam pene Hungariam trepidatione implevit. Quid tum? essetne in extremo tali periculo rationabile



Comitia primum convocare, ac tum tandem in hostem movere? experti id iunt, sed maximo suo malo Romani, cum *Roma deliberante Saguntum perivit*.

At respondebis, quam plurima de materia Infurrectionis in corpore Juris Decreta reperiri, quae demonstrant, Comitia eam ob causam celebrata fuisse;

Qui ita loquuntur, si statim quaestiois neutquam casse qui videntur? Nunquam enim ego illius sui opinionis, quasi Diacta eo in casu convocari non deberet; quando vel Infurrectio regulanda; vel regulatae jam, ordinataeque nomina propter mutatas rerum circumstantias immutanda est. Imo vero ajo, et affirmo, quoties de novo Infurrectionis Systemate condendo, aut veteri immutando regulandove agitur, cum per id fundamentalis Regni Constitutio alteretur, semper Comitia indici, atque materiam hanc mutua cum Statibus et Ordinibus deliberatione pertractari oportere. Si ergo e Decretis Colo-

Ff 5                      mani,

mani, Andreae II, Sigismundi, aut Uladislai II. de Infurrectione actum fuisse discimus, id nulla alia causa factum esse sciendum est, quam ut ea ad stabile quodpiam Systema reduceretur. Si sub Alberto, Ladislao Posthumo, Mathia Corvino, et Ludovico II. materia Infurrectionis Patres ad Comitata convocatos occupabat, id haud aliam ob rationem accidit, quam quod maximum toti Regno impendens periculum ordinariam Infurrectionis normam aliqua in parte alterandam exposcebat. Si sub Austriacis Regibus singulis pene annis Conventus Regni celebrati, atque in iis leges de Infurrectione conditae leguntur, id partim afflictissimis Regni circumstantiis, quae malis quotidie crescentibus, vel aliquantisper desidentibus, jam majorem, jam minorem militum a Nobilitate statuendorum numerum exigebant, adscribendum est, partim inde evenit, quod bellorum necessitates subsidia pecuniarum flagitabant, quae cum pro uno solum, alterove anno ordinarie offerri solita fuerint, Status et Ordines necessario propter nova  
 sub.

subsidia decernenda quovis fere altero anno convocari debuerent. Si denique sub M. Theresia in generalibus Regni Comitibus Infurrectio decreta fuit, id utique in casu extraordinario, quippe hostibus nec Regnum, nec limites Regni adhuc invadentibus, fieri oportuit.

Quid amplius opus est? videamus novellarem anni 1715 Articulum in serie octavum, an non illic clare expressum est, sacram Caesaream Regiamque Majestatem, quoties Ipsa necessum esse judicaverit, ad conformitatem hactenus sancitarum legum Infurrectionem a modo in posterum quoque desiderare, et exigere posse? Status ergo jus arbitrandi, an Infurrectio indicenda sit, nec ne, Regi relinquunt, non sibi reservant.

Concludo itaque, nec novum Infurrectionis ita, prout et Contributionis systema induci, nec vetus immutari absque Diaeta posse, stabilito autem semel systemate, ad Infurrectionem generalem decernendam, promulgandamque tam parum Diaeta  
opus

opus esse, quam parum ad Contributionem, quae semel stabilita est, colligendam et *incassandam*.

CCXI. Ex priori quaestione altera suapte fluit, quis nempe Insurrectionem decernendi, atque promulgandi jus habeat?

Quis Insurrectionem promulgandi jus habeat?

Equidem de eo, an Regi vi juris Majestatici potestas haec competat, prout ex antedictis patet, quaestio esse non potest; sed tantum de eo, an alteri etiam cuiquam praeter Regem jus hoc a lege attributum sit. Si Leges paulo attentius examine- mus, certum est, id moris in Hungaria obtinuisse, ut aliquando aut Palatinus, qua supremus (§. CLII.) omnium insurgentium Capitaneus, aut Regius Locumtenens, aut alter generalis totius Regni Capitaneus, aut posterioribus temporibus supremi etiam Capitanei districtuales in suis nempe Districtibus; nunquam tamen secus, quam erga expressum regnantis Principis mandatum generalem totius Regni Insurrectionem Comitatus

et

et Civitatibus indicerent, promulgentque. a)

Quod-

a) *Ut dum et quamprimum Comes Joannes (Huniades) generalis Capitaneus exercitus nostri vobis scripserit, in continenti cum apparatu exercituali fulciti ad loca, quae idem Capitaneus noster generalis duxerit notificanda, ad resistendum inimicorum nostrorum insultibus proficisci valeatis. Ladisl. Posth. Art. 16. Decr. II.*

*Si Capitaneus Regius, qui exercitum Regni levaret, falsis rumoribus, et ex industria, animoque malignandi id faceret, per hocque Regiam Majestatem, et Regnum hoc defatigaret, sine necessitate rationabili, in tali casu notam infidelitatis incurrat. Uladisl. Decr. III. Art. 19.*

*Gentes sine speciali consensu ac voluntate Regiae Majestatis nullo pacto levari possint. Uladisl. Decr. III. Art. 18.*

*Personalis Insurrectionis intimatio fit tempestive per suas Srenitates, vel supremos hujus Regni Capitaneos Hungaros, correspondentes cum Generali Belliduce. Art. 10. 1601.*

*Nobiles ad intimationem et requisitionem suae Majestatis, vel Domini Palatini ex benigna voluntate suae Majestatis fiendam statim insurgere debeant. Art. 65. 1609.*

*Si praeter expectationem aliquis hostilis impetus Regno ingrueret, et quispiam in hoc Regnum vicinasque Provincias irruere*

Quodsi aliquando etiam ad privatam Thesaurarii Regii, uti sub Ludovico II. vel supremorum Regni, aut finitimarum Arcium, imò Comitatus quoque Capitaneorum *intimationem*, uti sub Austriacis Regibus Nobilitatem insurrexisset, aut Banderia et Gentes in auxilium misisset leges, id semper de *particularibus* Insurrectionibus intelligas velim, quae propter repentinos hostium motus, aut necessitates nullam moram ferentes a proximis militiae Praefectis, non expectato mandato Regio, turbulenta illa prioris seculi aetate indici solebant, et debebant. Sed sub hodierno Domus Austriacae regimine, dum nempe publicae securitati jam aliter prospectum est, neque amplius Turcae par-

---

*ruere niteretur, confestim Dominus Palatinus superinde Majestatem suam certificare, ac si sua Majestas annuerit, et ita mandaverit, singulos Comitatus tempestive requirant.* Art. 12. 1622.

*De generali Insurrectione Status et Ordines - - - per expressum declarant, ne absque expresso suae Majestatis mandato, ad ullius requisitionem insurgere teneantur generaliter.* Art. 88. 1635.

partes Regni internas occupant, repentina ejusmodi necessitas amplius metuenda non est, et si praeter omnem spem emergeret etiam, regularis militia per omnes Regni partes disposita utique semper, quin repentina Infurrectione opus sit, praesto erit.

ado. An  
Regis  
praesentia  
necessaria.

**CXXII.** Multorum opinio est, Nobilitatem Hungaricam personaliter insurgere non teneri, nisi Rex in persona adsit. Qui ita sentiunt, eo videntur inniti argumento, quod Nobilitas Hungarica Domus Regiae militia, custosque Regiae sit Personae, itaque nec ab ea salvis libertatibus suis divelli possit, nec nisi sub Banderio Regali depugnare teneatur.

Verum est, hanc jam vetustis temporibus, uti Annales Hungariae nos docent, equestris Ordinis fuisse praetensionem. a) Utinam vero non fu-  
is-

---

a) Praecipue sub Austriacis Regibus Status et Ordines Insurrectioni plerumque conditionem, si sua Majestas, vel sua Serenitas personaliter adfuerit, adjicere soliti fuerunt. Vide Art. 32. 1542. 5. 1545. 3. 1552. 7. 1596. 7. 1597. 9. 1601.

isset! — Nunquam forte clades Mohacsiana accidisset, neque Hungaria amisso Rege in eam calamitatem devenisset. Nam cum Turcarum exercitus munitissimis, uti alias diximus, Sirmii Arcibus captis, jamjam Hungariae immineret, Ludovicus II. Rex severissimum mandatum publicari fecit, ut omnes Praelati, Barones, et Nobiles cum suis Banderiis et Gentibus Tolnae convenirent; sed, quamvis designatum tempus jam praeterivisset, nemo tamen adhuc ad eum locum venisse audiebatur, videbanturque omnes solum Regem inspicere, neque prius Tolnam venturi, nisi Regem ibi intellexissent esse. — Turca jam Dravum transire parante, designatur Palatinus, qui properet ad Dravi transitum ante hostem occupandum, eoque sine adduntur ei plures ex Optimatibus, qui eum sequantur cum copiis; sed dum aliqui mandatum Regium exequi recusant, dum privilegia sua, et morem Baronum sub Regis tantum signis militandi jactant, ea quoque res Dravi scilicet defensio fuit praetermissa — — Ut adeo Rex in frequenti senatu subito



*in iram versus in haec verba erupit: video ego unumquemque capite meo (verba Regis sunt) excusationem, et salutem capiti suo quaerere — — ne quis igitur sit, qui possit excusationem aliquam suae ignaviae capite meo praetendere, neve possit aliquid mihi imputari, ibo ego Deo optimo juvante c'as vobiscum in persona, eo quo alii sine me ire nolunt. a)*

Hoc ipsum a Rege etiam tum, cum jam Turcarum exercitus in campo Mohacsiensi consisteret, quamvis Proceribus clare ob oculos positum fuisset, quam periculosum sit, Regis personam dubio et ancipiti praelio exponere, non minori vehementia, quam imprudentia postulatum fuit. Ita infelix Rex fatali illi pugnae praesens miserabili morte interivit.

Vel hinc fatis patet, postulatum hoc non modo injustum, sed summe etiam periculosum esse. Quid enim

---

a) Brodericus in descript, cladis Mohacsianae.

enim si Rex rei militaris ignarus, si belli studiis propter aetatem minus idoneus, si senex, si debilis in arenam descendere non possit? Quid si bellum in duabus partibus, uti saepe accidit, gerendum? an ergo Nobilitas ideo, quia Rex abest, Regnum indefensum relinquet?

Quid? quod hujusmodi postulatam constanti multorum seculorum usui contrarium sit. Plurima enim bella sine Regum praesentia gesta fuisse historia docet. Solus Huniades XX prope praelia feliciter confecit, quin nisi una alterave vice Regem in exercitu praesentem habuisset. Et tamen in plurimis horum bellorum Praelatos, Barones, Nobiles, eorumque Banderia, et Gentes fortiter dimicasse, atque ad insignes illas victorias, quibus nomen Huniadianum toto orbe inclaruit, plurimum contulisse dubio caret omni. Sub Austriacis etiam Regibus non obstantibus claufulis diaetalibus ipsi Status et Ordines saepius contrarium factis suis probarunt; quod plus, diaetali etiam Constituto a solita

G g

sua

sua praetensione quandoque recesserunt. a)

Quodsi in particularibus expeditionibus Nobiles necessitate exposcente penes personas Generalis, aut supremorum etiam Capitaneorum viritum insurgere tenebantur, uti sub Austriacis Regibus ipsis legibus id praescribentibus b) saepissim-

---

a) *Constitutum est, ut ingruente majore aliqua vi hostili penes personam vel Regiae Majestatis, si praesens adfuerit, vel Domini Palatini, insurgatur. Art. 6. 1555.*

b) *Inter plurimas Leges unam pro exemplo adferre sufficiat.*

*Si Dominus Generalis cum supremo Capitaneo Regni, gentibusque conductis a defensionem terrae contra Turcas, atque rebelles, et inobedientes puniendas, vel demolienda Castella et fortalitia praeter voluntatem aut scitum Regiae Majestatis erecta non sufficeret, emergente videlicet aliqua graviore necessitate, eo casu Domini, et Nobiles, ac ceteri Subditos habentes ex singulis quibusque 100 colonis ternos equites, et totidem pedites jugiter habeant paratos - eosque, quocumque jussi fuerint, dimittant; ipsi quoque Domini, et Nobiles, tali existente necessitate, penes eos*

sime factum est; cur quaeso in generali expeditione aliter fieri deberet? Si in particulari quaque unius partis Regni necessitate Nobilitas tam promte in auxilium properavit, iustumne est, ut in generali totius Regni periculo saepe, imo semper urgente, illa propter solam Regis absentiam officium suum percarae Patriae adeo necessarium deesse patiatur?

Id equidem antiquissima Hungariae consuetudine nititur, ipsique legum spiritui cohaeret, Banderia Praelatorum, et Baronum, Gentesque Comitatum tamdiu levari non posse, neque Nobilitatem viritum insurgere teneri, donec Regale Banderium, seu vexillum levetur, atque adeo Regia militia in campum prodeat. a)

G g 2

Sed

---

*eosdem Capitaneos generalem aut supremum viritum insurgere, atque illis assistere teneantur. Art. 45. anni 1547.*

b) E multis Legibus id demonstrari potest: sic in Decreto Szeged. §. XCVII. inserto dicitur: *Dnm Dominus Rex contra*

tra

Sed an quaeso Regale Banderium levare non potest sine Rege? quae Lex, quae Constitutio, quod Decretum id definivit? Insistamus ergo communi legi nostrae, quae Palatinum nobis generalem Regni Capitaneum ea cum obligatione constituit, ut, si quando urgeret Regni necessitas, et opus esset, ut pro ejus necessitate, et necessaria defensione Regnicolae insurgerent, ex suscepto officio illos, juxta tamen voluntatem et arbitrium Regiae Celsitudinis, gubernet. a) Sequamur sapientissimam

---

*tra potentiam inimicorum Banderium suum levare voluerit, et cum Praelatis et Baronibus suis levare fecerit, tum universi regnicolae secundum connumerationem praedictam exercituare teneantur, et pro arbitrio Regis subjiciantur, quando erit necessarium. In Sigismundi Decreto V. Art. I. eadem expressio occurrit: Tunc Praelati cum suis Banderiis et militibus, nec non Comites singulorum Comitatum sub Banderio Regali cum Baronibus, Proceribus, et Nobilibus Comitatum, et ebrum Gentibus per modum generalis expeditionis exercituali succurrere debeant.*

a) Artic. Palatin. anni. 1485. Art. 4.

mam Sigismundi Constitutionem, quae in casu necessitatis Nobilitati, absque ulla intermixta Regiae praesentiae conditione onus infurgendi imponit. Denique Legi Uladislai II. morem geramus, qua statuitur: ut, dum hostium *potentia major est viribus ordinarii Regis exercitus, Regia Majestate, aut Palatino, vel generali Regni Capitaneo pro tempore constituto ad generalem exercitum personaliter proficiscentibus, Praelati, Barones, et Nobiles una cum suis Bänderiis et Gentibus infurgant.* a) Neque nos posterioribus Majorum nostrorum exemplis a salutare hoc legibus obsecundandi obsequio dimoveri sinamus, qui Ludovico II. ac deinde sub Regibus etiam Austriacis identidem, uti vidimus, Regis praesentiam exposcebant, et quandoque se, Rege absente, ad bellum haud profecturos palam publiceque minari non dubitarunt.

CCXIII. Id nulli dubio subiacet, Archiepiscopos, Episcopos,

G g 3

ba.

a) Uladisl. Decr. I. Art. 19.

bates, Praepositos, omnesque Ecclesiastici ordinis Beneficiatos, quicumque decimas percipiunt, ratione decimarum, sive ut leges loquuntur, ratione proventuum decimalium Banderia fervare debuisse. a) Horum aliqui, iique reliquis dignitate majores jam ab antiquo in Regestum Banderiatorum relati fuere, definitumque jam olim fuit, quis eorum unum, vel plura Banderia, quis medietatem solum, quartamve unius Banderii partem cum tempore pacis pro constanti Regni defensione fervare, tum bello coorto sub suo Banderio, seu vexillo in campum educere debeat. Quot autem equites remotissimis Hungariae temporibus sub integro uno Banderio intelligi soliti fuerint, id nusquam quod sciam, memoriae proditum legitur; imo ex Uladislai Decreto I. Art. 20. in quo

---

a) Hoc e plurimis legibus videre est, nominatim Uladisl. Decret. III. Art. 15. Decr. IV. Art. 22. Decret. V. Art. 22. Ludov. Decr. I. Art. 3. Decr. II. Art. 2. Ferdinand. Art. 3. anni 1552. Art. 14. anni 1559.

quò nempe integrum Banderium e 400 equitibus constare debere definitum est, conijcere haud obscure licet, olim pro temporum varietate jam plures, jam pauciores milites banderiales uno sub Banderio stetisse.

Quod vero ad eos Ecclesiastici ordinis viros attinet, qui quidem in numero Banderiatorum censi haud fuerunt, decimas tamen percipere solebant, si certum equitum numerum pro ratione proventuum suorum decimalium tempore belli statuere, et cum his sub Banderio Regali pugnare debuerunt. Proventus eorum decimales ordinarie Comitatus conscribere, atque aestimare, indeque proportionem, quotnam a singulis annui proventus decimalis 100 florenis equites statuere oporteat, eruere solebant. a) Qua in re non eandem semper rationem viguisse, posteriora Regum Decreta fat clare ostendunt, e quibus apparet, de singulis 100 florenis annui proventus

G g 4 de-

---

a) Id ex supra citatis legibus clarum est.



decimalis jam quinque, jam binos  
statutos fuisse equites. a)

Hic fuit vetustus Banderiorum,  
et Banderiatorum status, cum nem-  
pe Clerus militandi solum, nullis  
autem alijs oneribus subjectus fuit.  
Atque ideo, cum is nunc decimam  
non modo decimalium, sed omnium  
promiscue reddituum suorum partem  
pro Fortificatoria, sive pro confer-  
vatione Fortalitiorum quotannis de-  
pendere debeat, merito quaeri po-  
test, an ei Banderia ratione decima-  
rum servandi, ac tempora belli ad  
castra ducendi obligatio imponi possit?

Cum nemo duplici onere gra-  
vari debeat, responsum suapte se-  
quitur, Clerum ratione decimalium  
suorum proventuum nulla amplius  
Banderia, nullos equites conservare,  
statuereve obligari posse. Id enim,  
quod is sub titulo Fortificatorii quot-  
annis solvit, re ipsa aequivalens mi-  
litiae Banderialis esse, vel inde e-  
tiam

a) Art. 3. 1552. 14. 1559.

am clarum est, quod a Ferdinando I. usque ad Leopoldi tempora Clerus propter extremam Regni necessitatem Banderia sua fere constanter in finitimis Hungariae Arcibus, et Fortalitiis *propriis expensis* servare, atque sustentare debuerit: quod minus cum Ordini Ecclesiastico gratissimum, imo intolerandum fere videretur, uti revera fuisse facile quisque sibi persuaserit, maluit subinde adparatum aere pro conservatione Fortalitiorum convertendum, accelerare. Quod si tamen haec, posterioribus temporibus introducta parati aeris depensio cessaret, dubium non est, Clerum ita, prout sub Alberto Rege factum est, ad pristinam Banderia servandi consuetudinem et obligationem redire debere. a)

Advertendum est, isthic tantum de Banderiis, non de Praedialibus Ecclesiarum sermonem esse. Cum enim Praediales inde ab origine sua pro defensione Regni destinati fuerint, cumque ii juxta praedicta in-

Gg 5

ter

---

a) Confer Decret. Alberti Regis Art. 19.

ter Nobiles Hungariae censeantur, dubium non est., eos Infurrectione indicta cum reliquis Regni Hungariae Nobilibus viritim insurgere, suisque expensis militare obligari.

to. An  
Cleros  
persona-  
liter in-  
furgere  
tenean-  
tur?

CCXIV. Quoad Statum Ecclesiasticum ea ulterior quaestio formari posset, an is a personali Infurrectione, ad quam vi legis Sigismundae, imo ex constanti inde a primordiis Hungariae usu et consuetudine tenebatur, mutatis hodierni aevi circumstantiis, liber pronunciari debeat?

Cum jam vetus illa militandi ratio exoleverit, neque Diaecesani, aliique cujuscunque Ordinis Praelati a spiritualibus suis functionibus absque evidenti Cleri suae curae commisi, animarumque detrimento avocari possint, cumque armorum tractatio cum mansuetudine Ecclesiastica vix componi posse videatur; sed et ipse supremus Christianae legis Auctor jam Principem Apostolorum gladio uti volentem gravioribus verbis coarguerit, dubium non

on est, Clerum ad personalem Inurrectionem cogi non posse, praertim, cum longa annorum experientia docuerit, Rempublicam Hungaricam (§. XLVIII.) saepenumero plus detrimenti, quam utilitatis inde accepisse. Si itaque Personalis Nobilium Infurrectio ultro quoque subsistere deberet, videretur Clero tam Seculari, quam Regulari id indulgendum esse, ut tempore promulgatae generalis exercitationis quisque pro sua persona equitem statuat, vel quod saepius usuvenisse leges testantur, onus hoc parato aere redimat.

CCXV. Postquam de Banderiis sto. An Banderia Secularium subsistant. Ecclesiasticorum mentem nostram explicuimus, rectus ordo postulat, ut ad illam quaestionem, an Barones, et Nobiles olim banderiatii Banderia more veteri servare obligentur, respondeamus.

Ut res suo ordine procedat, primum de Baronibus, tum de cetera Nobilitate jure Banderii gaudente, quid sentiamus, dicendum.

Ac

Ac Barones quidem alios *perpetuos*, alios *temporaneos* fuisse ex iis, quae supra relata sunt, elucescit.

*Perpetuorum* Baronum alii quidem, uti Dux de Vilak, jam pridem nullis relictis posteris extincti sunt, seu ut communi loquendi modo utar, in femine defecerunt; alii, uti perpetui Comites de Frakno, de Monoszló, de terra Fogaras, de Nemet-Uivár, de Csakornya, de terra Scepusiensi etc, jam tam amplas, uti veteri aevo, inde praerogativas et commoda non habent, ut adeo concludere liceat, cessante causa effectum etiam tolli, ac proinde ad Banderia ratione honoris servanda eos amplius stringi non posse.

*Temporanei* Barones, id est, qui suprema in Regno officia gerunt, nec ingentibus illis, quae dignitatibus his connexa olim erant, beneficiis et privilegiis, nec amplis illis, quae veteres percipiébant Barones, stipendiis gaudent. Imo vero, Aula Regia extra Hungariam constituta, dicendum

um est, pleraque horum munitiorum non tam in re, quam titulis solum consistere. Quapropter nulla adest ratio, cur illis Banderia, ut olim, servandi obligatio imponeretur, vel et eo etiam, quod veteres Barones non suis, sed aerarii Regii expensis Banderia levare consuevisse ex antecedentibus factis elucescit.

Tandem ex illustribus illis Nobilitium familiis, quas Decretum III. Vladislai II. (§. CXVIII.) Banderii iure pollere innuit, vix ulla amplius superstite, Banderiam earum militiam, quam pro defensione Patriae constanter alebant, suapte evanescere confectaneum est.

Ex omnibus his concludere licet, usum Banderiorum ita exolevisse, ut jam vix revocari amplius possit; omnes igitur Praelatos, Barones, et Nobiles, salva Praelatorum et Baronum honoris praerogativa, ad unicam Nobilitatis classem reduci, partem proinde omnium esse et libertatem et obligationem.

Quod.

Quodsi tamen aliquando casus generalis Insurrectionis existeret, eum Baronibus honorem ultro quoque competere debere clarum est, ut tam ipsi, quantum *personaliter* adfuerint, quam Gentes etiam ipsorum (id quod de Gentibus etiam Ecclesiasticorum intelligendum est) cum universo Nobilium corpore more veteri sub Banderio Regali militent, Gentibus Nobilium ad suorum duntaxat Comitatum Banderia pertinentibus. a)

An Por-  
talis In-  
surrec-  
tio ces-  
saverit.

CCXVI. Tum Lex Sigismundi  
Imperatoris, omniumque, qui post  
eum

---

a) Hic quoque idem, quod §. priore monuis, animadverti debere existimo. Si nempe in Dynastiis, sive Regiis, seu Magnatum quorumcunque Praediales adhuc existerent, ii tempore Insurrectionis cum reliqua Nobilitate more veteri viri-  
tim in campum prodire deberent. Ita etiam, si aliqui Magnatum aut Nobilium etiamnum exstarent, quibus in Lite-  
ris collationalibus super collatione Bonorum editis expressa certum Banderialium militum numerum tenendi obligatio imposita fuisset, dubium non est, eos primaevae suae obligationi omnino respondere teneri.

eum regnarunt, Principum Constitutiones, tum constans, nulloque tempore interruptus usus, uti toto hoc in opere videre fuit, fatis testantur, Nobilitati Hungaricae praeter onus personalis Infurrectionis insuper obligationem Gentes statuendi, ac secum in bellum educendi, vel eo mittendi incubuisse; et haec est illa, quam communi vocabulo *Portalem* Infurrectionem vocare solemus. — Gravis jam dudum Nostrates inter ea de re fervet disputatio, cum alii quidem, iique pauciores, eam hodie subistere debere affirmarent, alii contra eam introducta sub Carolo VI. stabili contributione penitus desiisse contenderent. Cum haec quaestio majoris indaginis, summi-que momenti sit, necessarium est, ut singula unius et alterius partis argumenta paulo accuratius expendentes rem, quoad fieri poterit, ad claritatem ponere connitamur.

Monendi tamen prius mihi videntur Lectores, propositam quaestionem duo in se capita continere; unum illud: an Gentes tantum generali



rali Infurrectione indicta *levari*, atque in aciem educi; alterum, an etiam pacis tempore, adeoque perpetuo *pro defensione Regni* conservari sustentarique debeant?

Quaenam ante Sigismundum Imperatorem consuetudo vigerit, id est, an Gentes tantum belli tempore levari, aut in pace etiam conservari, aliquae debuerint, e nullis antiquiorum Regum Decretis erui potest. At jam ex Sigismundi Decreto V. Articulo 1. clare elucet, tam Praelatos cum suis Banderiis, et militibus, quam Comitatus etiam cum Baronibus, Proceribus, et Nobilibus, horumque Gentibus pro defensione hujus, vel illius Regni partis *deputatos*, id est in specie designatos fuisse. Quod si ita est, manifeste sequitur, Gentes (nam de Banderiis alioquin *nullum* dubium subest) constanter etiam pacis tempore conservari debuisse. Qui enim secus Nobiles partium Regni suae curae commissarum defensionem incumbere, ac periculo quocumque emergente ad illud propellendum suam cum militia properare potuissent?

Sub

Sub Uladislao II., quando nempe tenuitas Aerarii Regii pessime administrati stipendiariam militiam Regiam majori numero servari non admisit, itaque Respublica inclinare jam coepit, clarior super eo lex (Decreto III.) constituta est. Expressis enim verbis disponitur: ut Regnicolae *pro defensione Regni stipendiarios de suis Jobagyonibus necessario tenere debeant*; et alio loco: *ut in omni Comitatu Gentes deinceps semper paratae teneantur.* a)

Sub Ludovico II. ubi jam Respublica ex integro pene defluxit, neque regulata militia, qua Regnum defenderetur, aderat, constans Gentium conservatio magis adhuc necessaria evasit. Hinc identidem fancitum est, *ut universi Domini, et Comitatus Gentes suas in pleno numero conservare, et juxta mandatum Regiae Majestatis ad loca necessaria bono modo armatas expedire teneantur.* b)

Sub

a) Citat. Decreto III. Art. 17. 18.

b) Decret. II. Art. 1. et 3. tum Decret. VII. Art. 29.

Sub Austriacis denique Regibus perpetuum militem domesticum servare (vide §. CL.) jam in consuetudinem abiit. Immenſa eapropter pecuniarum ſumma (§. CXLVII.) erogata: Nobilis et ruſticus continua equitum peditumque ſuſtentatione ad incitas redacti: denique nullum pene Decretum horum Regum eſt, ubi particularis Gentium conſervationis mentio non occurrat. a)

Et

---

a) Unicum anni 1609. adduxiſſe ſufficiat, quod Art. 65. ſequentia continet:

*Cum tempore pacis de bello cogitandum ſit, neceſſitate aliqua Regni univerſali et periculofa ab externis, vel etiam domesticis ingruente, a ſingulis 4 portis (nullis omnino exceptis) unus eques bene armatus interteneatur, et in ſingulis Comitatus hiſ certus Capitaneus praeficiatur, qui bis in anno etiam de Bonis in aliis Comitatus existentibus in eo Comitatu, ubi Domini eorum reſidentiam habent, laſtrentur. Nobiles vero unius ſeſſionis, et Armales - - limitentur - - - ex quorum contributione Capitaneo et aliis officialibus moderata ſtipendia ſolvantur. Hi autem ad intimationem ſuae Majeſtatis vel Domini Palatini - - ſtatim inſurgere, et hi non in confinio locari, ſed pro campeſtri militia, quae*

ne-

Et vero durae illius aetatis vicissitudines hanc, quantumvis Regno summe onerosam provisionem, necessariam reddidere. Jam enim Turcae mediterraneas Hungariae Civitates, et Castra possidentes Caesareas Arces ex improvise aggrediebantur, jam rebelles hanc vel illam Regni partem invadebant, jam refractarii Proceres judicialibus executionibus aperta vi, armisque et tormentis bellicis intensis sese opponebant, jam praedones longe lateque per vicos et pagos strages edebant. In cunctis his, ac similibus casibus accepto a vicinis sive Arcium limitanearum, seu Comitatum, quandoque a supremis etiam Capitaneis mandato illico Banderia et Gentes levare, hisque non sufficientibus, ipsi quoque Nobiles equis insidere obligabantur.

Perpetuam hanc inquietudinem, ac innumeras afflictiones tandem per-

H h 2 taesi,

---

*necessitas postulaverit, deputari debeant. Civitates autem Regiae et Liberae ad hanc necessitatem pedites interteneant. Atque ad hocce Decretum posteriores omnes sese provocant.*

taesi Status et Ordines anno 1649 unanimi voto concluderunt; ut certa pecuniae summa in medietate quidem a Nobilitate *e propria bursa*; in alia vero a Colonis conferatur, et hac equites, peditesque regulati conducantur, *loco particularium expeditionum* Regno servituri. Idem et anno 1655. et anno 1659. factum est. a)

Tandem sub Carolo VI. pro constanti sustentatione militiae regulatae stabilis contributio anno 1715 a Statibus et Ordinibus oblata est, atque ita tam particularis Gentium conservationis, quam subsidiorum cum in finem singulis pene annis conferri solitorum necessitas, et obligatio in perpetuum cessavit, et cum jam providentia Caroli VI. et M. Theresiae securitati publicae partim copiosa militia campestri toto in Regno dislocata, partim aliis sapientissimis ordinationibus plene prospectum sit, in futurum etiam cessare debet.

Me 2

---

a) Art. 3. 1649. Art. 5. 1655. Art. 8. 1659.

Mea igitur sententia stabili contributione introducta tantum *particularis* Insurrectio portalis, nevisquam autem *generalis* sublata est. Atque ideo, quoties generalem Insurrectionem indici contigerit, praeter Insurrectionem personalem Gentes etiam juxta proportionem a Divo Sigismundo Imp. praescriptam levandas, statuendasque esse, intime me persuasum esse declaro.

Equidem unicuique contrarium sentire liberum est; sed observent bene adversae sententiae sectatores, quantum praepostera hac sua opinione et Nobilitati, et Regno universo accersant periculum, et quantam insuper, quamve manifestam comitant injustitiam. Supponamus enim, quod Superi avertant fatum, Regium exercitum ab atrocissimo christiani nominis hoste caesum, prostratumque esse, ideoque, legali Insurrectionis casu enato, pro aris et focis defendendis eandem promulgatam esse; Quid? solane Nobilitas se potentissimo hosti obsistere posse sperat? solane illa charam Patriam, uxores,

Hh 3                      res,

res, proles, aras, et focos suo se  
 brachio defensuram existimat? nimi-  
 am vero praesidentiam, quae et in  
 pugna ad Sajonem cum Tataris commis-  
 sa, et in conflictu Mohachiensi Regnum  
 perdidit! nil dicam de nobilissimo e-  
 questris Ordinis coetu, quem unum  
 omni gentium suarum, suorumque fa-  
 miliarium, et domesticorum colono-  
 rum auxilio destitutum periculo ex-  
 ponere, ac (quid enim a solo illo,  
 quantumvis generoso, et audace no-  
 bis promittere poterimus) perdere e-  
 tiam hac sententia non dubitamus.  
 Quam enim facile fieri potest, ut  
 praestantissimi Patriae Patres, colum-  
 nae Regni nostri, tum maxima pars  
 inclyti Ordinis equestris hostium mul-  
 titudine obruti, sicut Romani ad  
 Cannas, et Majores nostri ad Moha-  
 chium una concidant die. — Quo  
 accedit summa iniquitas, quam peri-  
 culosissimae sententiae hujus a seclae  
 manifeste committunt. Si enim sola  
 Insurrectione personali tenemur, fiet  
 id, ut, sicut minimus unius fessio-  
 nis Nobilis, qui praeter domum, et  
 aliquot jugera terrarum nihil possi-  
 det, ita potentissimus Regni nostri  
 Prin-

Princeps, aut Magnas, alterve plurimarum Possessionum et Praediorum Dominus unicum tantum loco sui equitem statuatur, aut unicus in persona in campum prodeat. Quae proportio? aut quae justitia?

Quodsi quis Articulum 8. anni 1715. paulo attentius legerit, et maturo judicio expenderit, non tantum nullum illic pro opposita sententia argumentum reperiet, sed magis in hac, quam isthic tueor, confirmabitur. Quandoquidem, verba sunt Legis, *Nobiles, et omnes illi, quos sub nomenclatione hac (cujuscunque sint honoris, dignitatis, et Status Personae) in Hungaria Lex complectitur, pro Regni defensione militare, adeoque personaliter insurgere, suaeque respective Banderia producere et praestare teneantur; id S. C. R. Majestas, quoties necessum fuerit, ad conformitatem hactenus sancitarum legum, a modo imposterum quoque desiderare, et exigere poterit. Quia tamen per eam solam Regnum hocce sufficienter defendi nequiret, adeoque validior et regulata militia, tum ex nativis, tum*



*externis constans pro omni eventu intertenenda veniret, quam sine stipendiis subsistere, haec vero sine contributione comparari non posse, indubitatum est, etc.* Nihil ergo per hanc Legem ex veteri Insurrectionis obligatione demtum est, sed quia sola illa Regnum defendi satis nequit, tantum ideo militiam regularem augendam, ideoque contributionem necessariam esse Status et Ordines judicarunt. Contributio proinde non potest, nec debet tanquam surrogatum Insurrectionis Portalis, sed tanquam adjumentum duntaxat illius spectari. — Deinde Status et Ordines agnoscunt, se se ad conformitatem hactenus sancitarum legum infurgere teneri, priores ergo leges per introductam contributionem stabilem nec revocatae, nec alteratae sunt, atque adeo portalis Insurrectio tot legibus etiam veteribus constabilita stare mea quidem sententia debet. — Denique dicitur: Nobiles, cujuscunque sint honoris, dignitatis, et status, personaliter infurgere, *suaque respective Banderia producere, et praestare generi.* Quid per Banderia hic aliud, quam

quam universim *Gentes* a Nobilibus possessionatis, ad quos *ly respective* refertur, praestandae intelligitur? a)

CCXVII. Attamen, dum obligationem *Gentes* tempore pacis alendi stabili contributione sub Carolo VI. introducta celsasse affirmo, id quo sensu a me dicatur, bene animadverti expeto. Duplici namque sine *Gentes* tempore pacis sustentari possunt; unus eorum est, ut constanti hac militia etiam tempore pacis Regni securitati prospiciatur; alter, ut ea pacis tempore pro bello paratur, adeoque ita armis exerceatur, ut indicto quaecumque bello parata beneque exercitata in campum prodire possit. Primum finem introducta stabili

600 An  
Gentes  
tempore  
pacis in-  
terte-  
nendae?

Hh 5      billi

a) Vid. §. CXCIX. ex quo, uti et ex praecedentibus apparet, *Banderium* genericum nomen esse, ac sub eo tam *Banderialem* militiam, quam *Gentes* etiam *Comitatum* intelligi. Unde expressio: *Comitatus Banderia sua levant*, saepius in legibus occurrit, cum tamen demonstratum sit, sub *Banderiis* *Comitatum* tantum *Gentes* a gremiali Nobilitate statuendas intellectas fuisse.

bili contributione omnino cessavisse, uti prius, ita nunc quoque assevero, non tamen secundum.

Si enim Regnum serius aut citius bello impeti, ideoque generalem indici Insurrectionem contingat, quid quaeso auxilii a rustico, tum primum a stiva abducto, nec arma tractare, nec forte equum regere sciente, sperari poterit? Praeterierunt jam antiqua illa tempora, cum tota pene Natio militaris fuit, cum juvenus unice fere in armis exercebatur, cum plurimi de vulgo homines, tantum armis servire assueti, quavis in Civitate, Oppido, et Pago militare servitium quaeritabant, et ubivis locorum erga annum, vel menstruum stipendium facili negotio inveniri, conducique potuere; cum denique bella non illa, quae jam nunc tota in Europa locum obtinet, arte gerebantur. Necesse enimvero jam nunc est, militiae Candidatum ad arma debite tractanda sensim assuefacere, eum frequentiore exercitio perpolire, usuque longiore ei martialem spiritum, ac quod sum-

mum

num est, nobilem quandam ambitionem instillare, a)

Mea igitur opinio est, quemvis possessionatum Nobilem ad milites illos, quos tempore belli vi legis Sigismundae statuere obligatur, etiam pacis tempore servandos, alendosque obstringi, non quidem propter *defensionem Regni*, nam haec obligatio post auctam sub Carolo VI. contributionem jam in militiam regulatam transivit; verum unice causa *exercitii* in armis,

At dices: quantum ad Nobilitatem idem esse, an militem tempore pacis propter *defensionem Regni*, vel tantum *exercitationis* causa sustentare debeat; minime vero! in primo enim casu miles domesticus  
Rei-

---

a) Rem hanc egregia similitudine illustrat Cl. Kollarius in libro suo de potestate legislatoria Cap. XIII. cum ait: *Quis mente et animo sanus tum primum fodere puteum incipiat, ubi siti correptus animam cum familia sua egerit, aut domum suam flammis saevientibus involutam conspexerit?*

Reipublicae etiam tempore pacis fervire, id est: ad mandatum Comitatus jam vigilias agere, jam malefactores capere, et custodire, jam ad persequendos latrones egredi, etc. prout id prioribus seculis consuetum fuit, deberet, itaque non Domini; sed Reipublicae servus esset. Contra in secundo casu, praeter tempus lustrationis, unice Domini sui servitio obnoxius maneret, itaque ab eo ad obeunda quaecunque domestica munia instar alterius domestici servi applicari posset. Horum enim alii heris suis a domesticis obsequiis essent, alii Equitum dominalium, aut villicorum muniis fungerentur, alii Campis, Silvis, aut Vineis custodiendis admoverentur, et sic porro. Quo pacto fieret, ut, si Dominus terrestris onere domesticos suos milites tempore pacis sustentandi gravatur, onus hoc reciprocis eorum servitiis compensetur.

Quamquam fateri debeo, hoc etiam modo grave Nobilitati onus imponi: sed qui fieri aliter potest? quando onus hoc prompto animo fu-

sci-

scipiendum utilitas publica suadet, necessitas urget, ratio commendat, ipsarum legum spiritus secum fert. Vel hinc etiam summam ac mirabilem primi nostri Regis S. Stephani providentiam mirari licet, qui (§. XXVII) a quovis *serviente*, id est Nobili Patrefamilias armigerum domesticum, sive militarem servum, cujus erat, domi, hero suo semper ab obsequiis esse, eumtem autem ad bellum comitari, constanter ali voluit.

CCXVIII. Id nihilominus aequitati consentaneum videtur, ut certae hominum liberorum, atque instar Nobilium habitorum classes juxta veterem, ac in legibus fundatam consuetudinem tempore Infurrectionis promulgatae subsidiis per Comitatus limitandis ad expensas sustentandae nationalis seu portalis militiae concurrant; tales sunt Beneficiati, Parochi, Altaristae, Postarum Magistri, falsi Perceptores, Tricesimatores, Officiales oeconomici, Uthurarii, etc. praeter hos autem quaestores, et negotiatores, aliique. Ut adeo, si consideretur una ex parte, domesti-

Ad Ex-  
pensas  
tempore  
belli etiam  
concurrere de-  
beant.

cos milites tempore pacis illa ipsa, quae in praesens alii parato aere conducendi *Servitores* heris suis praestant, servitia obituros, alia vero ex parte id pensitetur, tempore belli onus militiae hujus intra limites Regni sustentandae non in solos possessionatos Nobiles derivari, verum expensas has aliorum etiam subsidiis sublevandas esse, perspicuum sit, leges, quibus portalis Insurrectio, adeoque et constantis militis domestici conservatio, et sustentatio praescribitur, hoc ipsum onus, quantumcunque sit, tolerabile reddidisse.

Conclu-  
sio.

**CCXIX.** Atque haec sunt praecipuae difficultates, quae quoad Insurrectionem universim sumtam, normamque ejus in Lege Sigismundea descriptam mihi occurrerunt. Quae sit in his mea opinio, sincere exposui, cui tamen non ita inhaereo, ut, si quis solidiora quaequam, eaque e legibus desumpta argumenta attulerit, eam in toto, vel in parte immutare paratus non sim. — Erunt nonnulli, qui nimium gravia haec esse onera dicent; qui ita cogitant, non me, qui

qui nudam veritatem, prout est, absque ullo partium studio, et ultra ullos secundos fines toto hoc opere sequi conatus sum, sed legem, quae clara est, arguant. Caviant tamen, moneo, ne Legem Sigismundeam impugnando posteriores Nobilitati multis gradibus onerosiores facti suo resuscitent, et Scyllam vitare volendo in Charybdim longe maius periculofam incidant. —

Posteaquam hactenus tot hoc in opere id conatus sum ostendere, quidnam quoad Insurrectionem *strictae Legis* sit, putar carissimis meis Concivibus, quorum unice amore opus hoc suscepi, em me haud ingratam praestiturum si cogitationes meas et de eo casu, si forte aliquando Statibus et Ordinibus relicta Legali semita, ad aliam paulo commodiorem deflectere videtur, sapienti eorum iudicio, et esmini substernerem. Facio id lubet vel ideo etiam, ut Concives mei ammentata, quae ad amplectendam Insurrectionis *Reluitionem*, aut *Substitutionem* deservire possunt, tepestive pen-



penitent, atque ita, an strictae legi inherere, aut ad ea, quibus onera Infurrectionis per aliud surrogatum evitari possunt, amplectenda animum adhibere praestet, se determinent. Hunc igitur in finem binas hic Propositiones velut pro coronide subjungo, id in antecessum benevolos Lectores moneo, et orans, ut has ipsas Propositiones non secus, quam ut *Projecta* Auctoris Regi, et Patriae fidelis, neque quidquam aliud, quam decus, splendorem, et incrementum Patriae uae, cunctorum autem Concivium felicitatem ante oculos habentis considerare velint. Sit itaque

PRO.

## PROPOSITIO I.

CCXX. **Q**uae hactenus recensita sunt, Onera  
Infurre-  
ctionis  
tempore  
pacis. fat, superque demonstrant, quam gravia ac pene intolerabilia onera Infurrectionem comitentur. Jam primum illud gravissimum est, milites etiam pacis tempore alendos conquirere, conducere, stipendio, armis, vestibus providere, suisque quolibet anno expensis ad locum lustrationis expedire, ac inde rursus reducere. Verum est, ab hisce militibus tanquam domesticis servis servitium ali- quod nos expectare posse, sed si continui sumus, si equorum molesta comparatio, et sustentatio, si armorum et vestium pretia, si frequentes, quae inter Capitaneos et Dominos terrestres indubie intercedent, collisiones, multaque alia incommoda considerentur, omnem certe utilitatem, quae inde expectari posset, evanescere clarum est.

II

CCXXI.

Tempore  
belli.

CCXXI. Sed quid dicam de  
miseriis, quibuscum Nobilitatem belli  
tempore conflictari oportebit? equi,  
arma, apparatus bellicus, stipendia  
gentium, sustentatio sui, suorumque ho-  
minum jam non temnendos exposcunt  
sumtus. Exstat adhuc praeteritarum In-  
surrectionum tristis memoria, ubi  
multi Nobilium praesertim debiliorum  
ad eam praecipitati sunt egestatem,  
ut hereditaria sua Bona non sine  
enormi miserarum prolium, et here-  
dum detrimento aut vendere, aut  
pignori dare coacti fuerunt. — De-  
inde quanta afflictio est viris, si non  
splendide, commode certe vivere  
assuetis de uno ad alium continuo  
migrare locum, noctes infomnes age-  
re, sub tentorio vivere, ad omnem  
tubae sonitum quacunque diei no-  
ctisve hora in equum insilire, fa-  
mem, sitimque saepenumero pati, om-  
nem denique aeris inclementiam to-  
lerare, quibus rebus fit, ut quoti-  
diana teste experientia fortissimi qui-  
que milites in dirissimos morbos in-  
cidant, itaque aegrorum nosocomia  
nulla non die repleantur. Quid quae-  
so a Nobilibus jam pro hodierni se-  
culi

culi ratione commodius enutritis, quid a multorum Magnatum et Nobilium filiis, quorum educatio non ita, ut olim, austera est, expectandum habemus? a)

CCXXII. At omnia haec prae-<sup>Pericula:</sup> ludia tantum sunt malorum, quibus Nobilitatem militaria sectantem studia involvi necesse erit. Quid enim, si cum hoste congregandum? quot, quantique praestantissimi viri illic occumbent? quot quantique gravissimis affecti vulneribus toto reliquo vitae tempore sibi, suisque domibus, et Patriae inutiles redditi quotidianum vae inclaunt! — Si vero pro summo infornio eveniat, ut quis in manus hostium, praecipue Turcarum, incidat, quot, quantaque calamitates subeundae, aut quam enormi lytro vita et libertas redimenda erit? — Atque haec

I i 2                      qui-

b) Hic de majori parte Nobilium fermo est. Non sum enim nescius, multis nunc etiam martialem spiritum, veteremque generositatem inesse, ut adeo, si res ferat, difficultatibus hoc loco enumeratis a sequenda more Majorum militia minime se absterreri passuros praevidere sit.

quidem privata solum mala sunt, quis autem ea describet, quae Nobili Patrefamilias peremto, aut in captivitate abducto in viduam, orphanas proles, totamque saepe familiam redundare solent!

Exigua  
Insurre-  
ctionum  
utilitas.

CCXXIII. Ac si cunctis his malis Patriae saluti ita, uti oporteret, consuleretur, toleranda illa quidem aliquantisper forent. Sed multorum experientia annorum docet, ex eo tempore, ex quo Nobilitas relictis militiae studiis, quibus olim continuo quasi incumbere, more aliarum Europae nationum dulcem ab armis quietem sectari coepit, personalem Insurrectionem jam non eam Reipublicae utilitatem attulisse, quam primis Hungariae seculis, dum omnis laus in sola quasi militia ponebatur, attulit. Annales certe Patrii testantur, quoties longiori Hungaria pace fruita est, illico Praelatos, Procères, ac Nobiles sepositis militiae studiis, otio diffuere, commodius vitae genus sequi, lusu, conviviiis, omnis generis oblectamentis tempus ducere, denique in mollitiem deflectere

coe-

coepisse. Quo rerum situ si hostem supervenire contigit, difficile ei non fuit, Nobilem militiam jam ab armis desuetam vincere, Regnumque aut sub jugum mittere, aut damnis et caedibus replere. Plura ejus rei exempla adduci possent, sed cum jam ea ipsum hoc opus affatim exhibuerit, ab iis recensendis superfedo. a) Quid amplius opus est? quando ipsi Status et Ordines *Insurrectionem personalem haud adeo utilem esse*, publice in Comitibus confiteri non dubitarunt. b)

CCXXIV. Unde nemini mirum videri debet, Regnicolas saepius *Insurrectionem personalem reluere tentasse*, saepius autem reapse reluisse. Jam sub Mathia Corvino Status et

Et ideo  
saepius  
reluitio  
facta

si

Or-

a) Exitium Hungariae sub Bela IV. et Ludovico II. hinc potissimum repetendum esse, videre licet e §§. XLVII. LI. CXXVI. CXXVIII.

b) *Quod personalis Insurrectio non adeo sit utilis, jam saepius cum annis superioribus, tum etiam sub praesentibus comitiis declaratum est.* Art. 9. 1602.

Ordines subsidium unius floreni (aurei) de singulis portis Jobagyonum suorum Regi obtulerunt, ea addita conditione: *nee eodem, et insequentibus quinque annis Praelati, Barones, Proceres, Nobiles, et quicumque Regnicolae hujus Regni sub quacunque occasione, contra quoscunque Regis et Regni inimicos exercitare teneantur.* a)

Sub Maximiliano Imperatore Nobiles partium Transtibiscanarum publicis in Comitibus amare questi sunt: *se se ingruente aliqua vi hostili --- cum personis suis Caesareo exercitui conjungere debere, relictis domi uxoribus et liberis omnibusque fortunis suis, quibus potius tunc ad tutum aliquem locum transferendis vacare, deberent; atque ideo oblata in locum exercituationis Contributione sese ab ea relevari supplicuerunt.* b)

Sub Rudolpho Imperatore universa Nobilitas de qualibet domo collo-

a) Decr. IV. anni 1478. Art. 2. et 3.

b) Art. 59. 1569.

lonicali, atque inquilinaria loco *generalis Insurrectionis* 50 denarios obtulit. a)

Idem sub Ferdinando etiam III. et Leopoldo factum. b)

Sub Carolo denique VI. Status et Ordines palam agnoverunt, per solam Insurrectionem, *nisi alia validior et regulata militia adsit*, Regnum sufficienter defendi nequire, ideo stabilem contributionem necessario constitui debere. c)

Sed aliis quoque temporibus jam Praelati, jam universi Nobiles a gravi Insurrectionis onere sublevari se optabant, sed plerumque id temporis eo Regnum versabatur in periculo, ut publica id lege iis denegari debuerit. Sic sub Alberto sancitum fuit: *ut Ecclesiae, et Ecclesiasticae personae a taxis non diu abusive introductis liberae et absolutae relinquantur;*

Ii 4

tur;

a) Art. 3. 1603.

b) Art. 3. 1649. 8. 1659.

c) Art. 8. 1715.



*tur; verum servitia exercitualia more alias consueto facere teneantur. a)*

Sub Ladislao Posthumo lege cautum erat: *ne dispositio exercitualis ad aliquam pecuniarum solutionem ullatenus per quempiam convertatur. b)*

Ita pariter in Comitibus Szegediensibus sub Mathia Corvino celebratis constitutum: *ne ullus Regnicola tam majorum, quam minorum aliquam pecuniam - - gratia remissionis ab exercitiatione dare praesumat. c)*

In cunctis his et similibus casibus praesentanea belli maximi impendentis necessitas has praecautiones necessarias fecit; satis tamen et hinc perspicitur, Nobilitatem parato aere substituto se ab Infurrectione identidem liberare connixam fuisse.

Hinc re-  
iicitur  
L. c. statut.

CCXXV. Quod si jam iis temporibus, dum in militia summa et  
unica

a) Art. 19 1439.

b) Decr. II. 1454. Art. 12.

c) Vide Decret. ipsum. §. XCVII.

unica quasi laus collocabatur, dumque Nobilitas artem militandi cum materno quasi lacte fuxit, Status et Ordines permolesto Infurrectionis oneri se se subtrahendi desiderium coepit, an non hoc aevo, dum ab armorum tractatione majori in parte penitus jam descivimus, id nos longe magis optare convenit? Convenit sane, sive ingentes expensae, seu pericula bellorum, sive mollior vitae nostrae ratio, seu denique exigua utilitas, quam sibi Patria ex personalibus Infurrectionibus promittere jam potest, uti demonstratum est, spectentur.

CCXXVI. Non sinamus igitur nos ab hocce nobis uxoribus, prolibus, familiis, ipsique adeo Patriae utili proposito praejudicata illa nonnullorum opinione dimoveri, quasi vero Hungaro Nobili probrosum foret, Contributionis oneri se hoc pacto subicere. Abeat pace mea odiosum illud, et aures nostras tantopere offendens Contributionis nomen! Sed *Dicatio, Subsidium, Taxa, Reluctio* talia sunt nomina, quae

Præjudicia re-  
futantur.

maniae et Galliae partem ita florentem efficit? cur ad tantas divitias privatae familiae pervenerunt? cur in his Regnis et Provinciis ipse Status Civilis, ipsi adeo inferioris classis incolae rem suam familiarem adeo auxerunt, ut una saepe familia plus aeris parati, quam apud nos integrae Communitates numeret? — Nulla certe alia causa est, quam quod summa et inferior Nobilitas, quae olim vi legum et statutorum Feudalium aequae ita, ut nos, et viritim insurgere, et Gentes secum in aciem educere debebat, abjectis ferreorum seculorum praejudiciis, dum nempe omnis adhuc laus in militia ponebatur, substituta et publicis impensis sustentata regulari militia, totam se agriculturae et commercii studio dediderit. Non pudet illic viros nobilissimo licet stemmate prognatos propriis, iisque quotidianis experimentis institutis rem agrariam provehere, neque commercii causa sive aliena petere litora, seu cum negotiatoribus societates inire. Probe nimirum illi perspiciunt, hos unicos esse fontes, quibus et privatae domus asurgere, et

et Respublica felix reddi possit. Itaque, dum sibi rerum omnium abundantiam suo labore, et studio procurant, aegre iis non accidit, partem aliquam reddituum pro publica Reipublicae utilitate consecrare. — Idem nos quoque et cogitare, et facere conveniret, si proprias nostras domus ad majorem fortunae et splendoris gradum evehere, si Patriam florentiorem reddere desideramus. Sed quamdiu veteribus illis opinionibus, quasi nempe Nobilem Hungarum tantum armis gloriam quaerere oporteret, inhaerebimus, actum est. Nunquam res agraria perficietur, nec commercium efflorescet, nec Civium fortunae ultra solitum augebuntur, nec Patriae felicitas provehetur; nec denique aliarum illustrium Gentium, quarum divitias, et immensas opes demirari solemus, gloriam et fortunas asequemur. Quae omnia non alio abs me animo dicta esse existimari volo, quam ut exemplo aliarum nationum ostenderem, veram Regnorum felicitatem non in armorum tractatione et studio, sed in pacifica cunctorum Civium rei domine.

mesticæ cura, ejusque incremento consistere. a)

Relutio-  
nis mo-  
dus.

CCXXVIII. Quis autem modus in relictione, si ea aliquando locum ob-

---

a) Multa, imo plurima sunt, quæ felicitatem Regni totius provehere possent, sed, quod cuique probo civi dolere debet, nullo publico Regni fundo existente, aerario-vero Regio innumeris expensis onerato, nervus ad ea omnia præstanda in tam amplo Regno deest. Certe, si talismodi publicus Regni fundus adesset, flumina, quibus tota Patria inundatur, regulari, canales duci, paludes siccari, commercium augeri, agricultura provehi, societates commercii, et agriculturæ institui, viæ commerciales extrui, Inventoribus rerum novarum toti Patriæ utilium, uti et Scriptoribus de Patria bene meritis proemia decerni, et sic porro, possent. Tot tantæque molis institutis fieret, ut paulo post Regnum universum effloresceret, et, ut ita dicam, Regnum in Regno asurgeret. Quodsi igitur Relutio locum aliquando obtineret, aliqua ejus pars, prout SS. et OO. cum Principe convenirent, tempore pacis publici hujusmodi fundi vices subire valeret, atque ita aerarium Regium hoc modo relevatum ampliando militiæ numero sufficeret.

obtineret, tenendus, quantum uni-  
 versa Nobilitas in vicem personalis  
 et portalis Infurrectionis justa pro-  
 portione offerre posset, facta autem  
 oblatione, qua ratione aequa inter  
 omnes repartitio fieri deberet, an  
 non denique prae illo, qui ratione  
 statuendorum equitum Lege Sigismun-  
 dea praescribitur, modo alter justio-  
 r, commodior, ac forte utilior in-  
 veniri posset, quemadmodum id ad  
 publica Regni Comitia, mutuaque  
 Statuum et Ordinum cum Principe  
 deliberationem pertinet, ita privatus  
 quisunque auctor se se in discussio-  
 nem horum objectorum citra temerita-  
 tis notam nullatenus immittere potest.  
 Id unum animadversionis loco addere  
 liceat, normam lucrum Camerae, sub-  
 sidia item, et milites secundum nume-  
 rum portarum repartendi antiquissi-  
 mam quidem in Hungaria esse, an au-  
 tem illa ad Leges verae ac distributivae  
 justitiae pro hodierno saltem aevo  
 undequaque applicari queat, merito  
 dubitari posse.

Pone enim casum, Nobilem u-  
 num possessionem 100 Sessionum co-  
 lo-

lonicalium integrarum, nullas autem, aut perexiguas terras allodiales sive Dominales possidere; alium vero Subditis quidem carentem, ingentia tamen duo, aut tria praedia, in quibus aliquot mille oves, pluraque bo-um armenta praeter notabilem, quae quotannis fieri solet, sementem, teneri possint, habere; dubium quidem non est, hunc e praediis suis longe plus utilitatis capturum, quam illum ex unico suo pago, et tamen prior juxta proportionem a Sigismundo Imperatore praescriptam tres equites statuere, alereque deberet, cum posterior ne quidem unum praestare obligaretur. Hac igitur ratione Comitatus illi, ubi magna populatio, territoria vero paulo magis constricta sunt, prae illis, ubi perampla latifundia, Subditi autem perpauci sunt, gravarentur.

---



---

## PROPOSITIO II.

CCXXIX. **Q**uodsi tamen non obstantibus quibusvis, quae in medium allata sunt, argumentis firma majoris partis Regnicolarum opinio foret, Hungaros militari potius manu more veterum, quam pecuniis Patriae suae servitium praestare oportere, en alteram subjicio propositionem, qua, quamquam ratione id absque magno Nobilium onere, cum summo tamen atque incredibili totius Regni emolumento fieri possit, ostenditur, Qua in re, priusquam ultro progrediar, principium illud, cujus veritatem Status, et Ordines jam priori seculo agnoverunt, *personalem nimirum Insurrectionem non adeo utilem esse*, hic quoque statuo, ac praesuppono.

Inutilitate Insurrectionis.

CCXXX. Deinde universos, cujuscunque gradus et conditionis sint, nobiles viros majorem in modum oro, atque obtestor, ut sepositis quibusvis propriae utilitatis studiis, tan-

Tum amore Patriae praesuppositis,

K. k.

tum



tum caram sibi Patriam ante oculos proponant, eoque omnes animo esse connitantur, ut perpetuae, eique non mediocri, verum tali, quae cunctis hostibus tremenda sit, ejus defensionis suo consilio, atque opera prospiciatur. Ita veteres Lacedaemonii, ita Romani olim cives fecerunt, qui pro Patriae suae salute, et honore non solum id, quod quisque *de lege* aut *consuetudine* praestare debuit, sed ad stuporem omnium gentium plus viribus suis hilari, promptoque animo fecerunt, firmiter persuasi, privatam civium felicitatem sine publica subsistere non posse.

Acquiescens In-  
surrectio-  
nis pro-  
ponitur.

CCXXXI. His itaque duobus principiis praesuppositis, ut et Patriae defensionis serio consuli, et multa, gravissimaque incommoda, quae e personali, ac portali Insurrectione in Nobilitatem redundant, evitari possint, id unicum praestantissimumque fore remedium existimo, atque affirmo, si quisque Dominus terrestris loco suae personae, ac in vicem Gentium a se, uti dictum est, alendarum proportionatum colonorum suorum

orum numerum ab omni servitute coloniali, et quibusvis urbarialibus praestationibus in perpetuum liberaret, unica militandi obligatione iis relicta. a) Quod ut limpidius intelligi possit, supponatur casus, certum Nobilem centum universim sensiones coloniales possidere; is utique juxta legem Sigismundeam hoste Hungariam invadente et ipse in persona sua ad bellum proficisci, et tres insuper milites educere, aut mittere debebit. At juxta hoc *projectum* nec Dominus terestris, nec domestici ejus armigeri, verum e singulis quatuor colonialibus hunc in finem eliberatis domibus singuli equites in campum prodituri essent.

K k 2

CCXXXII.

a) In hacce idea elegans Domini Joannis Capistrani Adamovics de Csepin, Consilarii Regis, viri in arena politica multis annis exercitati, mihi que amicissimi epistola, qua cogitationes suas de Insurrectione Hungarica mecum familiariter communicavit, me confirmavit, ut adeo de hac pro communi Patriae utilitate sollicitudine publicas ei gratias hoc loco agere me debere existimaverim.

tum caram sibi Patriam proponant, eoque omnino connitantur, ut perpetuae, mediocri, verum tali, quam hostibus tremenda sit, ejus consilio suo consilio, atque opera prospiciatur. Ita veteres Lacedaemonii, ita Romani olim cives fecerunt, qui pro Patriae suae salute, et honore non solum id, quod quisque de lege aut consuetudine praestare debuit, sed ad stuporem omnium gentium plus viribus suis hilari, promptoque animo fecerunt, firmiter persuasi, privatam civium felicitatem sine publica subsistere non posse.

Aequiva-  
lens In-  
surrecti-  
onis pro-  
ponitur.

CCXXXI. His itaque duobus principiis praesuppositis, ut et Patriae defensionem serio consuli, et multa, gravissimaque incommoda, quae e personali, ac portali Infurrectione in Nobilitatem redundant, evitari possint, id unicum praestantissimumque fore remedium existimo, atque affirmo, si quisque Dominus terrestris loco suae personae, ac in vicem Gentium a se, uti dicitur, alendarum proportionaliter

orum numero: status obligamine  
 lonicali, et bellicis Castri  
 praestationibus, jam in pri-  
 ret, unica militum ostendimus.  
 relictis. a) Quoc quantique  
 ligi possit, supponendum mo-  
 Nobilem centum unum Subdi-  
 coloniales possidere: pro pa-  
 ta legem Sigismundeanam: iis  
 gariam invadente et: iis  
 na sua ad bellum proficere  
 insuper milites educere, et  
 debet. At juxta hoc pro-  
 Dominus terestris, nec domo-  
 armigeri, verum e singulis  
 colonialibus hunc in finem  
 tatis domibus singuli equites in  
 pum prodituri essent.

K k 2

CCXXXII.

a) In hacce idea elegans Domini Joannis  
 Capistrani Adamovics de Csepin Consiliarii Regis, viri in arena politica multis  
 annis exercitati, mihi que amicissimi episto-  
 stola, qua cogitationes suas de Insurre-  
 ctione Hungarica mecum familiariter com-  
 municavit, ut adeo de  
 ae utilitate solici-  
 tas hoc loco age-  
 verim.

tum caram sibi Patriam ante oculos proponant, eoque omnes animo esse connitantur, ut perpetuae, eique non mediocri, verum tali, quae cunctis hostibus tremenda sit, ejus defensionis suo consilio, atque opera prospiciatur. Ita veteres Lacedaemonii, ita Romani olim cives fecerunt, qui pro Patriae suae salute, et honore non solum id, quod quisque *de lege* aut *consuetudine* praestare debuit, sed ad stuporem omnium gentium plus viribus suis hilari, promptoque animo fecerunt, firmiter persuasi, privatam civium felicitatem sine publica subsistere non posse.

Acquiescens In-  
surrectionis pro-  
ponitur.

CCXXXI. His itaque duobus principiis praesuppositis, ut et Patriae defensionis serio consuli, et multa, gravissimaque incommoda, quae e personali, ac portali Insurrectione in Nobilitatem redundant, evitari possint, id unicum praestantissimumque fore remedium existimo, atque affirmo, si quisque Dominus terrestris loco suae personae, ac in vicem Gentium a se, uti dictum est, alendarum proportionatum colonorum suorum

orum numerum ab omni servitute coloniali, et quibusvis urbarialibus praestationibus in perpetuum liberaret, unica militandi obligatione iis relicta. a) Quod ut limpidius intelligi possit, supponatur casus, certum Nobilem centum universim sessiones colonicales possidere; is utique juxta legem Sigismundeam hoste Hungariam invadente et ipse in persona sua ad bellum proficisci, et tres insuper milites educere, aut mittere debebit. At juxta hoc *projectum* nec Dominus terestris, nec domestici ejus armigeri, verum e singulis quatuor colonialibus hunc in finem elibertatis domibus singuli equites in campum prodituri essent.

K k 2

CCXXXII.

a) In hacce idea elegans Domini Joannis Capistrani Adamovics de Csepin, Consilarii Regis, viri in arena politica multis annis exercitati, mihi que amicissimi epistola, qua cogitationes suas de Insurrectione Hungarica mecum familiariter communicavit, me confirmavit, ut adeo de hac pro communi Patriae utilitate sollicitudine publicas ei gratias hoc loco agere me debere existimaverim.

Utilitas  
hujus  
projecti  
quoad  
Dominos  
terres-  
tres.

**CCXXXII.** Hac ratione Domini terrestres cunctis curis, molestiis, expensis, et periculis in perpetuum pacis, bellique tempore liberarentur. Coloni enim ab omni alia servitute liberi sibi ad eam normam, quae hodie in confiniis viget, de vestibus, ac de equis providerent: ad loca lustrationis singulis in Comitatus defigenda quotannis circa vernali, aut autumnali tempore, dum nempe campestris labores cessant, suis expensis irent, atque inde redirent: bello tandem exorto sub vexillo Comitatus ad castra egrederentur, ibidem, quoad necessitas postularet, permanfuri.

Quoad  
publicum

**CCXXXIII.** At quanta inde utilitas in universum Regnum derivaretur? Enimvero in locum irregulatae militiae, quot Comitatus, totidem forent legiones, aut cohortes, et quidem e milite exercitato, usum armorum per longum pacis tempus edocto, disciplinaeque militari assueto, consistentes. Tot millium exercitus nullis Aerarii Regii impensis, nullo Dominorum terrestrium incommo-  
do

do perpetuo aleretur. Belli etiam tempore, quamdiu illud intra limites Regni gereretur, nulla ex ejus sustentatione oneris pars in Regium Aerarium dimanaret, cum per id temporis intervallum quisque Dominorum terrestrium suo militi, more veteri, stipendia persolveret. a)

CCXXXIV. Neque vero cogitandum est, pagensem, ut ita dicam, hunc militem tempore pacis otio tantum vacaturum: Nam cum a jurisdictione Domini sui nullo unquam tempore avellendus sit, (qua super re in Comitibus specialis cautela interponi deberet) quid vetat, quo minus is pro tuenda pagi securitate, pro deportandis ad proxima loca heri sui literis, aut Circularibus, vel ad alios similes ab instituto militari haud alienos labores applicetur? —

Etiam pacis tempore.

CCXXXV. Sed nec illud metuendum est, ut novo hoc, vel potius

Proiectum hoc Systemari militari non ad-versatur

a) Id quod in sensu, §. CCXIX. exposito accipiendum est.



tius innovato instituto Systemati militari, quod in praesens obtinet; ullus ponatur obex. E reliqua enim Subditorum coloniali fervituti adhuc obnoxiorum parte necessitate exposcente tirones pro campestri militia more solito legi poterunt, quin ob paucas has domus militari ordini adscriptas discrimen aliquod observetur. — At in Contributione defectus erit. Nihil minus! — Domus enim hae tantum dominales obligationes militari suo servitio redimerent, non item publicas, praejuncturis unice et militaribus quarteriis demtis, in quibus a ceteris Colonis facili negotio, et absque majori aliquo aggravio vel ea etiam e consideratione sublevari possent, ac deberent, quod eorum deinceps muneris futurum esset, publicae pagi securitati contra fures, aliosque perversos homines invigilare.

CCXXXVI. Quo accedit, quod instituti hujus ratio jam vetustissimis Hungariae temporibus usitata fuerit. Non redeo ad Divi Stephani primi Regis aetatem, sub quo magnam Cassium Subditorum partem ab omni

ni colonialis fervitutis obligamine exemptam, atque unice bellicis Castris fervitiis subjectam fuisse, jam in prima operis hujus parte ostendimus. Sed tractu temporis quot quantique Domini terrestres hunc ipsum morem sequuti, permultis suorum Subditorum, imo integris saepenumero pagis unica militandi obligatione iis imposita libertatem concesserunt, quorum Libertinorum (§. CXCH.) ingens hodie in diversis Regni partibus numerus reperitur. At quid veteribus exemplis, opus? convertamus paulisper oculos ad universa Regni Croatiae, Slavoniae, et Districtus Temesiensis, Magnique Principatus Transilvaniae confinia. Quid sunt (depressis Siculis, qui Nobilium instar quovis tempore habebantur) confiniarii milites aliud, quam Subditi armis fervientes, atque ideo ab omnibus, quae colonis communia sunt, fervitutis oneribus emancipati? constat autem hos ita armis Reipublicae fervire, ut tamen censum etiam a terris et pratis suis in locum contributionis alia inter onera Principi dependere obligentur.

Pacilitas  
exequen-  
di proje-  
cti.

**CCXXXVII.** Quo loco modus nobis aliquis in mentem venit, quo multis Dominorum terrestrium quoad elibertationem etiam Colonorum non leve accedere posset levamen. In plurimis namque tam Ecclesiasticorum, quam secularium Dominorum Dominiis ac Bonis non pauci reperiuntur Libertini, aut, prout diversae eorum sunt nomenclationes, Censualistae, qui olim tantum militarium servitiorum causa a Dominis suis libertatem adepti eadem nunc quoque, dum militandi obligatio jam dudum cessavit, pacifice fruuntur, vel nullum, vel exiguum plane censum Dominis suis reddentes. Justum igitur videtur esse, ut Domini terrestres in vicem aliorum Subditorum totum militandi onus, aut si pauciores forent Libertini, proportionatam illius partem in hanc Subditorum classem rejiciant, atque transderivent. Nulla iis hoc pacto inferetur injuria, cum aequitas postulare videatur, ut primaevo suo fini, propter quem meliori aliis colonis forte jam tanto tempore gavisii sunt, respondeant.

**CCXXXVIII.**

CCXXXVIII. Fieri tamen potest, ut nonnulli inter Nobiles, praesertim pauperiores, reperiantur, qui, quia paucis colonis, et facultatibus provisi essent, ipsi *in personis suis* militare malint. Id quidem nemini negandum esse existimo propterea, quod nemo favori, ut illi quidem putant, publica lege sibi concessio invitatus renunciare, debeat. — Id ipsum longe magis de Nobilibus unius sessionis, tum de Praedialibus, nec non Armalistis colonis carentibus sentiendum est, qui lege veteri viritum servire, ac quoties Regni necessitas exigit, insurgere obligantur.

Nobiles  
pauperes  
militant.

CCXXXIX. Quodsi tamen id etiam huic Nobilium classi grave accideret, duplici modo ei subveniri posset. Optioni nempe eorum relinquendum foret, an, quod sub Mathia Corvino factum est, a) singulae decem Domus equitem tantum statuere, ac perpetuo sustentare, an ve-

Aut alio  
modo  
obligati-  
onem  
compensent.

K k 5

ro

\*) Vid. Decret. Szeged. §. XCVII. hujus operis insertum.

ro in sustentationem illius necessarias quotannis expensas pro ratione cuiusque facultatum conferre velint. — Pecunia per eos conferenda Equites a Comitatu conducerentur, pro servitiis Comitatus tempore pacis applicandi, quo pacto fieret, ut domesticae Comitatum *Cassae*, sive Aerario, ex quo certus equitum numerus sustentari solet, haud parum levaminis accederet. a)

Districtus privilegiati

CCXL. Sunt praeterea Districtus aliqui privilegiati, uti Jazygum, Cu-

---

a) Quod si Illustris Ordo Equestris existimaret, non obstantibus argumentis hactenus adductis, satius esse, ut avitae et legali consuetudini quoad Personalem Infurrectionem in futurum etiam universim inhaereat, adeoque gloriosam obligationem Patriam suam in extrema necessitate propriis in personis defendendi sibi, suisque posteris reservet, secundam hanc Propositionem tantum de Portali Infurrectione intelligen lam cupio, atque adeo non jam quatuor, verum tres solum Subditi de singulis centuriis elibertandi, ac militandi oneri subjiciendi forent.

Cumanorum, Oppidorum Haidonica-  
 lium, Tibiscanus item, et Kikindien-  
 sis, in Croatia autem quam plurimi,  
 qui vel antiquis jam temporibus ea  
 cum conditione privilegiis ornati sunt,  
 ut certum ac determinatum militum nu-  
 merum statuunt, et sustentent, vel novis-  
 simo tempore, cessante confiniorum ne-  
 cessitate, propter antiqua sua merita,  
 perpetuis donati sunt libertatibus.  
 Quoad hos ea tenenda videretur re-  
 gula, ut vel eum militum numerum,  
 quem vi privilegiorum suorum, aut  
 antiqua ex consuetudine statuere,  
 alereque debebant, statuunt, alantque,  
 vel si nullus determinatus numerus  
 ex eorum privilegiis erui posset, a  
 singulis triginta tribus sessionibus jux-  
 ta legem Sigismundeam equitem u-  
 num constanter sustentent, belli autem  
 tempore ad castra expediant. Equi-  
 tes hi Communitatibus tempore pa-  
 cis graves non forent, cum ad pu-  
 blica Oppidi, aut Pagi servitia, id  
 est, ad custodiendos campos, et sil-  
 vas, ad tuendam contra fures, et la-  
 trones securitatem publicam, etc.  
 commode adhiberi possent. Neque  
 id incolis Districtuum, atque Oppi-  
 do-

dorum horum grave accideret, praefertim Jazygibus, Cumanis, et Oppidorum Haïdonicalium, Districtuumque Tibiscani et Kikindiensis incolis, in quorum venis etiamnum ille sanguis generosus, quo vetustissimis jam temporibus inclaruerunt, decurrit.

Liberae  
Regiae.  
que Ci-  
vitates.

CCXLI. De Liberis, Regiisque, et Montanis Civitatibus nihil dicendum restat. Illae namque praeter communem illam obligationem, quae iis instar aliorum Nobilium ratione Bonorum incumbit, ex vetusta Regni Hungariae consuetudine *Bombardas*, seu tormenta bellica et munitiones vehere tenentur. a) unde vecturae tempore Infurrectionis necessariae, et equi ad has requisiti, iusta proportione inita, inter liberas, Regiasque Civitates dividerentur. Quo pacto fieret, ut res vectoria militaris tempore belli haud tantis, tamque enormibus staret impensis, quan-  
ta

---

a) *Vectura Bombardarum, tormentorum, et aliarum munitionum bellicarum ex antiqua consuetudine et jure legibusque Regni oneri Liberarum civitatum incumbit. Art. 27. 1599.*

tae hodierno aevo eam in rem profundi debent.

**CCXLII.** De Archiepiscopis pariter, tum Episcopis, Praepositis, Abbatibus, Capitulis, Monasteriis, cunctis denique Beneficiatis Bona possidentibus jam fatis in superioribus dictum est. Licet enim ii mutatis rerum circumstantiis *propter beneficium decimarum* (§. CXIII.) Banderia amplius fervare non obligentur; ratione tamen Personarum et Bonorum suorum eos ad illustrem Nobilitatis Coetum pertinere suapte patet.

Ecclesiasticus Ordo.

**CCXLIII.** Quod vero ad Ignobiles Bona aut Nobilium Curias tenentes attinet, ii quoad Subditos eandem classem subire deberent, quam ceteri possessionati Nobiles. Si autem praedia subditis earentia, aut nobilitares cujuscunque speciei fundos possiderent, ad moderatam aliquam *Taxam* publica lege, vel judicio Comitatus determinandam, prout hactenus etiam consuetum fuit, trahendi venirent, quae vel in stipendia Comitatus Officialium

Ignobili.  
100.

mi-



militarium, vel pro conducenda militia Comitatus convertenda esset.

Duplex  
Comita-  
tum mi-  
litia.

CCXLIV. Hac ratione duplex in plerisque Comitatus militia foret, una e Nobilibus militandi onus praeeligentibus, et Praedialibus, alia e Colonis in syllabum militum relatis consistens. Quisque Comitatus proprio Nationis Hungaricae Capitaneo, proprio Vaivoda seu Locumtenente, proprio vexillo, vestibus distinctis gauderet. Cuique praeterea Centuriae suae Centurio, cuique Decuriae suae Decurio, prout tempore Divi Regis Stephani (§. XXIV.) mos fuit, praeesset. Quodsi bellum ingrueret, tum enim vero levato Comitatus Banderio omnis illud militia domestica sequi deberet, eo, quem Palatinus, vel alter generalis Regni Capitaneus e Natione Hungarica juxta sensum legum Patriarum deligendus demandasset, in loco constitura.

Alii equites,  
alii pedes.

CCXLV. Jam antiquis temporibus illa in Comitatus viguit consuetudo, ut pars una Gentium e pedibus, alia ex equitibus constaret.

Fu-

Fuere tamen aliqui, praesertim superiorum Partium Comitatus, qui propter angustias terrarum, tantum pedites praestare solebant. a) Quae in futurum ea in re norma sequenda sit, iudicio Statuum et Ordinum, aut Mandato Regino, si propositio haec in effectum aliquando veniret, definitum iri, dubium non est.

CCXLVI. Constituta taliter militia nationali officia supremorum Capitaneorum Districtualium ( §. CLIV. ) instauranda venirent, tum ut annuis Comitatum in Districtu suo sitorum lustrationibus more veteri interesse, tum etiam, ut, an Capitanei Comitatum, eorumque subalterni Officiales munerum suorum partes rite exequantur, invigilare, in bello vero superiores copiarum nationalium ductores esse possint.

---

n) Comitatus Partium superiorum, videlicet Trencsiniensis, Arva, Nitra, Thuróc, Lypto, Zolyom, et Scepusiensis pedites pixidarios secum ducere teneantur. Ludov. Decr. II. A. 1518. Art. 6.

Conclu-  
sio.

CCXLVII. Hae sunt cogitationes meae, quae si vel hac, vel alia consimili forma in opus aliquando deducerentur, tum enimvero Domus Austriaca jure merito invictam se dicere, cuncta autem Regna et Provinciae ejus ditioni subjecta felicia fortunataque reddi possent. Sola enim Hungaria cum Partibus sibi adnexis exercitum nationalem 200, (si conjuncturae locus esse potest) prope mille militum maxima parte Equitum (inclusa Nobilitate) sinu suo fovente, et copioso, eoque fortissimo praeterea campestri, et confiniario milite circumvallata, an non spes est, reliquas etiam Augustae Domus Austriae Provincias contra quosvis hostium insultus tectas et defensas tuto requiescere posse? Atque (ut opus hoc iis ipsis, quibus inchoavi, verbis finiam) tum sane universa Europa non sine admiratione videret, Gentem Hungaram *liberam* et *ingenuam* semper fuisse, et esse, quae, dum *Iustitia* et *Clementia*, propriis Aug. Domui Austriae virtutibus regi se videt, amore erga Principes suos, obsequio erga Rempublicam, amicitia erga

erga fratres suos, id est, populos sibi vicinitate, et ejusdem Domini agnitione cognatos, nulli in orbe terrarum nationi cedere sciat, aut velit.

CCXLVIII. Atque ita opus hoc ad finem perductum est. Nihil proinde aliud restat, quam ut benevolos Lectores, cujuscunque Ordinis, Status, et Conditionis sint, iterum iterumque orem, ut illud tanquam intimi mei erga communem nostram Patriam affectus documentum respicere, adeoque aequo animo suscipere velint. Quodsi aliqua in re veritatem, quam unam sequi conatus sum, uti humana est imbecillitas, assequi ex integro non licuit, id quemadmodum in tanta opinionum varietate nemini mirum videri debet, ita spero fore, ut aequanimi lectorum judicio excusetur potius, quam damnetur. Neque enim auctori arduae hujus materiae pertractationem suscipienti alter scopus fuit, quam caris suis Concivibus prodesse, cunctisque, quos Infurrectionis onus tangere potest, viam quasi, qua proprio studio ultro progre-

Protestatio  
auctorib.

di valeant, commonstrare. Erit tempus, ubi opellae hujus, quantacunque est, utilem futurum usum mihi blandior, et in hac cogitatione opus hoc concludo.

---

---

INDEX  
MATERIARUM.

---

A.

**A**BA, Rex crudelis, contemtor Nobilitatis, cunctis exosus. Pag. 64.

**ACATHOLICI** sub Ludovico II. poenae capitis subjiciuntur 290. Sub Ferdinando I. leniter tractantur. Ibid. Sub Maximiliano non item. ibid. Sub Rudolpho nimium austere 299. Sub Ferdinando III. liberum Religionis exercitium obtinent. 300. Sub Leopoldo iterum affliguntur. Ibid. Ob discrimen Religionis diuturnae in Hungaria turbæ. 281. 282. Quis earum causa? 298. Iosephus II. Tolerantiae Decreto edito omnes leges in favorem A catholicorum latis pristino vigori restituit. 395.

**AERARIUM** Regium sub primis Regibus optime constitutum. 53. A Successoribus dissipatum 80. Sub Uladislao II. diripitur. 218. Sub Ludovico II. pessime administratur. 25. Angustiae illius sub M. Theresia. 375. Iosephus II. se non Dominum, sed Administratorem solum aerarii publici esse sentit. 392.

## I N D E X

- ALBERTUS.** Ejus Leges Civiles, 149. Militares. 150.
- ALMUS** primus Hungarorum e Scythia egredientium Dux. 2. quibus conditionibus electus. 25.
- ANDREAS I.** Regnum a clientela Imperii Rom. liberat. 64. Limites Regni usque ad Savum protendit. Ibid. Tertiam Regni partem Fratri suo cedit, hinc fomes discordiarum inter Reges et Duces. 86.
- ANDREAS II.** Cur Hierosolimitanus dictus. 69. Regnum sub eo in summam confusionem venit. Ibid. Nobilitatis avita privilegia bulla aurea confirmat. Ibid. Cum egestate collectatur. 80.
- ANDREAS III.** Ejus Regimen plenum turbatum. 111. Cum eo Stirps virilis Arpadiana extinguitur. Ibid.
- ARCHIVA.** Regnicolarum a Tataris comburuntur. 109.
- ARMALISTAE V. NOBILES.**
- ARPAD,** filius Almi, Dux Hungarorum. 12. 28. Bona distribuit. 28. Regni securitati prospicit. 12. Remp. Hungaricam prudentissime ordinat. 13. et seq. amplissimum Domus Arpadianae patrimonium. 54.
- AUSTRIA.** Ejus versus Hungariam limes olim mons Cecius. 5. Fridericus Dux Austriae vicinos tres Comitatus Hungariae occupat. 107. Mathias Corvinus Austriam cum Styria, Carnioliā, et Carinthia Regno Hungariae subjicit. 206. Uladislaus II. amittit. 224.
- AUSTRIACI REGES** pii, justī, clementes. 294. Cur sub eorum dominatu afflictionibus Regni remedium adferri non potuerit usque ad Carolum VI. 294. Prima causa eorum a Regno ab-

## MATERIARUM.

absentia 295. Altera, sinistris delatoribus facile adhibita fides. 296. Tertia, militum insolentia non coercita 297. Quarta, A catholicis conquerendi ansa data 298, Quinta, nifus Ministerii ad opprimendam Nobilitatem 300. Reges e domo Austriaca immensis curis et sumptibus Regnum a Turcis liberant. 307. Id Hungari grato animo fatentur. 308. Ideoque Regnum iis jure hereditario deferunt. 311. Hungarorum fortitudinem, et studia in liberanda a Turcis patria ultro agnoscunt. 312.

## B.

**BANDERIA.** Etymologia vocis. 416. Quot milites sub uno Banderio computentur? 230. Banderium Regale. 230. 418. Ecclesiasticorum 232. 418. 469. Baronum et Nobilium. 235. 419. Banderia etiam tempore pacis servare oportuit 419. Aliqua tamen tantum belli tempore erigi debebant. Ibid. Banderiatorum praerogativae. 421. Diversae Banderialium species. 423. Primum et Nobilissimum Banderium Regis corpus Nobilitatis. 39. 427. Banderia Comitatum. 428. Regali Banderio levato cuncta reliqua illud sequi debent. 467. An Banderia Ecclesiasticorum adhuc subsistere debeant? 469. An Baronum et Nobilium Banderiatorum? 175.

**BANI** limitanearum provinciarum supremi Praefecti. 9.

**BARONUM REGNI** initia 27. Vi officii Banderia servare debebant. 160. 164. 190. 235. Alii perpetui, alii temporanei. 235.



## INDEX

- BELA I.** Remp. sapienter gubernat. 65. primus argenteam monetam excudi facit: rebus pondus et mensuram constituit. Ibid.
- BELA II. CAECUS,** Bosniam Hungariae adjungit 67. Ob nimium rigorem arguitur ibid. et 91.
- BELA III.** Syrmium revindicat; Galliciam Hungariae adjungit 68. Libellos supplices primus inducit. Ibid.
- BELA IV.** Bona Coronae revindicare studet. 85. Ejus infelix cum Tataris conflictus. 99. Fuga, 107. a Duce Austriae Friderico exspoliatur. Ibid. Post discessum Tatarorum Regno restaurando insudat. 110. Ob nimium erga Cumanos amorem carpitur, 111. Excusari tamen meretur. 112.
- BELLUM** indicendi antiquus mos. 59. Bellandi ratio sub Ludovico I. 130. Sub Mathia Corvino 181. Bella civilia Joanne Zapolya 267. Stephano Bocskay. 269. Gabriele Bethlem 271. Georgio Rakoczy. 273. Emerico Tököli 274. Francisco Rakoczi ductoribus mota 276. Bellum Successionale sub M. Theresia, 374. Hungarorum insurgentium cum exercitu Caesareo conjunctorum fortitudine feliciter confectum. 381. Vide *Insurrectio, Nobiles.*
- BENEFICIALES** vide Subditi.
- BETHLEM.** Gabriel bellum civile suscitatur. 271. Quod pace Nikolsburgensi sopitur. Ibid. Novam seditionem movet. 273. Quae rursus pace Viennensi componitur. Ibid.
- BILOTI,** Regii Officium. 42.
- BISSENI** Hungaris se associant. 5. Confiniis versus Germaniam custodiendis applicantur. Ibid. et 8. Proprium habent Comitum. 9. in *Nota.*

## MATERIARUM.

- BOCSKAY** Stephanus bellum civile excitat. 269.  
Quod pacificatione Viennensi terminatur.  
270.
- BONA** primi Duces distribuunt. 29. Hinc origo  
Nobilium possessionatorum. Ibid.
- BOSNIA** a Bela II. Hungariae adjungitur. 67.  
Sejunctam ab Hungaria Mathias Corvinus de-  
nuo revindicat 205. a Turcis occupatur. 277.
- BUDA** 145 annis sub Turcarum dominatu in-  
gemiscit. 278. A Josepho II. exornatur. 394.

## C.

- CAPITANEI** Castri, Hadnagy dicti, prima  
Hungariae aetate Officium 42.
- CAPITANEI** Comitatum qui? 349. Eorum  
Officium. Ibid.
- CAPITANEUS**. Regni Generalis Palatinus. 345.  
Alii tamen quandoque substituti. Ibid. Eorum  
Officium. Ibid.
- CAPITANEORUM** Regni superiorum, seu di-  
strictualium munia. 347.
- CAROLUS**. I. Robertus coronatur. 120. Omni-  
um amorem sibi conciliat. 121. Discordias  
Procerum componit. Ibid. Avulsa Coronae Bo-  
na revindicat. 122. Rebelles domat. Ibid. Ae-  
rarium Regium restaurat 123. Primus mone-  
tam auream excudi facit. Ibid. Rem milita-  
rem excolit. 125. Nobilitatem tuetur. Ibid.
- CAROLUS** II. cognomento Parvus, factione Pro-  
cerum in Regnum inducitur. 136. Interfici-  
tur. Ibid.
- CAROLUS** III. hujus nominis Imperator VI.  
Hungariae reparator 365. E toto Regno Tur-  
sas exigit. 366. Internam tranquillitatem

## INDEX

- restituit. 367. Libertates Nobilium conservat. Ibid. Rem politicam, cameralem, et judicialem ordinat. 369. Uti et militarem. Ibid. Multa pro Regni utilitate instituit. 370. Odia Familiarum extinguit. 371. Quietem Hungariae procurat. 372. Cum totius Regni luctu moritur. 372.
- CASTELLANI**, Várnagy dicti, Officium. 42.
- CASTRA** Regia quid? 13. Alia cum primo Hungarorum adventu inventa, alia ab his de novo constructa. Ibid. Castrorum Regionum subditi, alii Jobagyones, aliis Udvoznici, alii Beneficiales, alii Civiles, *vide sub his tit.* Eorum Comites, et Officiales 14. 41. Castrorum Regionum institutum antiquum Regno utile 44. commodum 53. Bona Castrensia. 16. Regum prodigalitate dissipantur. 78. Tristes sequelae. 79. De iis revindicandis feri, et inutiles conatus 81.
- CIVITATUM**. origo in Hungaria 23. Cur Hungarice *iváros* appellatae ibid. Cives, olim Civiles, ex provinciis exteris acciti. Ibid. Civitates tempore Insurrectionis Bombardas vehunt 524.
- CLERUS**. Vide Ecclesiastici,
- COLOMANUS**. Dalmatiam in potestatem redigit. 66. Bona Coronae revindicare studet. 84.
- COMITATUUM**. Origo 13. Eorum vetere aetate numerus 14. Gentes Comitatum initio Jobagyones Castrorum, dein illa militia, quam Nobilitas statuit 239. et seq.
- COMITES** olim omnes Nobiles possessionati, et Regia officia tenentes compellabantur. 88. Uti et finitimorum locorum supremi Praefecti. 9. Comites Castrorum idem olim, ac supremi Comites. 14. Eorum origo ad veteres Slavos referenda. 15. Eorum Officium. 17.

An-

## MATERIARUM

Auctoritas ampla. 41. Officiales iis subordinati. Ibid.

**COMITIS.** Curialis Officium. 42.

**CONFINIA** Hungariae sub ingressum Hungarorum. 5. Egregie firmanur. 7. 10. Eorum sup- premi Praefecti Bani, Vaivodae, Comites vocantur, 9. Confiniarii ad bellum educebantur. 48. Confiniorum diversae nomenclationes. 426. Eis providere Regi incumbit. 140. 226. Pro custodia eorum certi Praelati, et Barones ad id deputati stabilem militiam servare debebant. 141. *in not.* 249. 250. Sub Ludovico II. negliguntur. 257. Capitanei Arcium finitimarum a Supremis Regni Capitaneis dependeant. 348. Sub M. Theresia confinia regulantur. 387. Clerus obligationem militiam in confiniis servandi parato redimit. 472.

**CONTRIBUTIONIS** diversae olim species 55. 123. Secundum Portas quando connumerari coepit? 123. Nobiles ab ea semper immunes 90. *in not.* 428. 373. *in not.* vid. *Subsidia.*

**CROATIA.** Partes aliquae a Turcis occupantur. 279. Croatae in successionali bello terrorem spargunt. 381. A S. Ladislao Hungariae adjungitur. 65.

**CUMANI** veterum Hunnorum aborigines, seculo IX. Moldaviam incolunt. 2. Cum Hungaris in unam Nationem coeunt. 3. 26. Cumanis postea Hungariam ingressis Regales terrae habitandae conceduntur. 55. Bela IV. propter nimium Cumanorum amorem Regnicolarum odium incurrit. 112. Ladislaus IV. eorum mores contemptis Hungaris praesefert. 114. Ab eis interficitur 115. Cumanis ad fidem christianam perducuntur. 125. Juxta numerum Sessionum olim exercituare tenebantur.

## INDEX

tur. 166. Sub Mathia Corvino militabant instar Saxonum. 197. A singulis 20 Domibus peditem unum statuunt. 331. A qualibet porta equitem unum. 379.  
**CURSORES**, publici 11. Eorum Officium. Ibid.

## D.

**DALMATIA** in potestatem Hungarorum sub Colomano redacta. 66. Ejus urbes cum Venetis societatem ineunt. 115. Ludovicus I. eam Venetis eripit. 135. Rursus a Venetis occupatur. 224. Turcae et Veneti inter se dividunt, 277.

**DECIMAE** a S. Stephano Episcopis attributae. 56. Clerus titulo decimarum Banderia servare obligabatur. 469. An haec obligatio in praesens stare debeat? Ibid.

**DUSSENICI**, seu Exequiales, qui? 76.

## E.

**ECCLESIARUM** Praediales. Vid. *Praediales*.

**ECCLESIASTICIS** militaria tractare non convenit. 94. Carolus Robertus iis Taxas imponit. 124. Albertus eas, velut abusive introductas abrogat. 152. Mathias Corvinus denuo eos taxis onerat. 210. Sed rursus lege publica absolvuntur. 210. Banderia Ecclesiasticorum. Vid. *Banderia*. Obligationem militem in confiniis servandi parato aere redimunt. 472. ideoque ad Banderia servanda cogi amplius non possunt. Ibid. An in Insurrectione Ecclesiastici viritim adesse jam debeant? 474.

EME-

## MATERIARUM

**EMERICUS** Rex Serviam et Bulgariam Hungariae subjicit, primusque his titulis utitur. 68.

**ESZTERHAZY** Nicolai Comitis insignis virtus militaris. 272. Qua Palatinus generalem Insurrectionem contra Rebelles Bethlemianos indicit. 273.

**EUGENII** Principis Sabaudiae in liberanda Hungaria merita. 307.

**EXTERI** a primis Ducibus benigne suscepti Bonisque donati. 31. Sub Regibus magno numero ad Hungariam confluxere. 36. Inordinatus Regum erga exteros affectus, veteribus Hungaris offendiculo fuit. 90.

## F.

**FERDINANDUS I.** Regni Coronam adipiscitur: 266. Cum Joanne Zápolya certat 267. Pacem init. 268. Princeps justus. 294. Pro Hungariae salute indefessus. 309. *in not.* ejus erga A catholicos clementia. 299.

**FERDINANDUS H.** Sanctus Princeps. 295.

**FERDINANDUS. III. SS. et OO.** ei pro affectu erga Nationem Hungaram grates agunt. 309. *in not.* A catholicis liberum Religionis exercitium admittit. 300.

**FODINAE** auri, argenti, falis prisca jam aetate Regis proventus. 56.

**FRANCISCI** Imperatoris grata apud Hungaros memoria. 388.

# I N D E X

## G.

- GENTES** Comitatum quae? 240. Unde compositae 240. Ex his Banderia Comitatum componebantur. 428. An tempore pacis conservari, sustentarique debeant? 480. et seq. 489. Vid. *Insurrectio*.
- GEYZA I.** Dux Hungariae, sub ejus regimine numerus Nobilium aductus. 34. Multi extranei in Hungariam immigrant. 36. *in not.*
- GEYZA II.** Saxonés, multosque ex aliis Germaniae partibus incolas in Hungariam et Transilvaniam deducit. 67.

## H.

- HAIDONICALIA** Oppida more solito insurgant. 331.
- HUNGARIAE** Status ante ingressum Hungarorum 6. *in not.* Extensio sub Duce Arpado. 5. Multis provinciis augetur sub primis Regibus. 60. et seq. A Tataris devastatur. 108. A Carolo Roberto restauratur. 119. et seq. Novis accessionibus increfcit sub Ludovico I. 134. Ita etiam sub Mathia Corvino. 205. Tristis ejus Status sub Ludovico II. 251. Post cladem Mohachianam bellis civilibus affligitur. 267. discerpitur a Turcis. 277. Turbatur ab A catholicis. 280. Opprimitur a praepotentibus. 282. A Caesareo milite miserum in modum vexatur. 284. Plebs rusticana ad incitas redigitur. 290. Nobilitas in desperationem deducitur. 292. Cur his malis Reges e domo Austriaca remedium ferre non poterint? 295. A Turcis liberatur. 304. Ea gloria

## MATERIARUM.

ria Austriacis Regibus debetur. 307. Tum virtuti Hungarorum. 312.

**HUNGARORUM** in Pannoniam ingressus. 1. Exercitus 2. Socii. ibid. Limites Regni firmant. 7. 10. Internae securitati prospiciunt. 12. Ideoque Castra in singulis Comitatus erigunt. 13. Principem sibi eligunt. 23. quibus conditionibus. Ibid. Primorum Hungarorum expeditiones bellicae. 63. Hungari Regibus fideles vicissim ab iis amari amant. 90. Eorum gratitudo erga Reges e Domo Austriaca propter liberatum a Turcis Regnum. 308. Eorum in liberanda Patria conatus. 312. Immensi sumtus. 313. Continuae Insurrectiones. 320.

**HUNIADES** Joannes de Turcis triumphat. 153. fit Governator, 154. Invidiam Procerum incurrit 156. Fit perpetuus Comes Bisztriciensis. 157. XXX. millia Turcarum caedit. 166. Celebrem de Turcis ad Belgradum reportat victoriam. 167. Ultima ejus verba 168.

## I.

**JAZYGES**, etiam Philisthaei dicti, militent, uti Saxones. 197. vid. *Cumani*. Juxta numerum sessionum exercituare tenebantur. 166. A 20 domibus peditem statuunt, 331. A qualibet porta equitem unum. 376.

**INSURRECTIO**, ejus origo. 404. Sub primis Ducibus nulla adhuc certa lege adstricta. 49. Sub primis Regibus tantum tunc, dum ordinaria Regis militia non suffecit, adhibita. ibid. Sub Andrea H. prima de ea lex lata. 50. *in not.* Sub Sigismundo primum ejus ordinatum



## I N D E X

systema conditur. 140. Albertus legem Sigismundeam renovat. 150. Ladislaus Posthumus extraordinariam Infurrectionem promulgat. 158. Sub Mathia Corvino insolita Infurrectio in Comitibus Szegediensibus describitur. 187. Postea tamen ad legem Sigismundeam reducitur. 204. Norma et ordo, quo insurgendum, sub Uladislao II. stabilitur. 227. *et sequent.* Sub Ladovico II. rursus aliter ea coordinatur. 258. Sub domo Austriaca frequentes Infurrectiones generales. 320. Et particulares. 333. Maxima Infurrectio sub Leopoldo. 329. Leges sub Carolo VI. in materia hac latae. 372. *in not.* Sub Maria Theresia extraordinaria Infurrectio decernitur. 376. *et sequent.* Felix ejus progressus. 381. Cur in Comitibus anni 1764. Infurrectio regulata non fuerit? 402. Varias illius species. 429. Lex fundamentalis quoad Infurrectionem non est quaerenda in I. Periodo 431. nec in II. 434. nec in IV. 436. nec in V. 439. Sed in III. 440. Et quidem in Decretis Sigismundi. 441. Quae legibus Uladislai II. illustrata sunt. 444. Leges Sigismundi in compendium redactae. 446. Nobiles insurgentes ultra metas Regni militare non tenentur. 49. *in not.* 151. 193. 228. 450. Dubia, et quaestiones quoad Infurrectionem enucleantur. 453. *et sequent.* An sine Dieta promulgari possit? 454. Qualiter Palatinus eam indicendi jus habeat? 459. An Regis praesentia necessaria sit? 462. An in praesens Ecclesiastici ad viritum insurgendum cogi possint? 474.

**INSURRECTIO** portalis, quid? 429. Ejus prima lineamenta sub Colomanno occurrunt. 45.

## MATERIARUM.

*in not.* Sub Sigismundo clare determinatur. 141. 142. Item sub Ladislao Posthumo. 161. Nec minus sub Mathia Corvino. 190. Et sub Uladislao II. 239. Uti et Ludovico II. 249. Tandem sub Regibus Austriacis. 321. *et seq.* An Insurrectio portalis cessaverit? 478. An Gentes tempore pacis interteneri debeant? 480. 489. Si non propter publicam necessitatem, at exercitationis causa. 491. Qui ad expensas portalis Insurrectionis concurrere debeant? 493.

**INSURRECTIONIS Reluctio.** Argumenta, quae eam suadere possint, sive onera illius tempore belli, aut pacis. 497. 498. Sive pericula 499. Seu exigua utilitas. 500. Seu veterum exempla considerentur. 501. Praejudicia refutantur. 505. Exempla aliarum nationum adferuntur. 506. 507. Modus hactenus in repartienda ad Portas observatus, an aequitati consentaneus? 511.

**INSURRECTIONIS substitutio proponitur.** 514. Utilitas Projecti quoad Dominos terrestres. 516. Quoad Publicum. *ibid.* Projectum hoc systemati militari non adversatur. 517. Neque veteri consuetudini. 518. Facilitas illud exequendi. 520. Modus et forma. 521. *et seq.*

**JOBAGYONES** Castrorum prima Hungariae aetate qui? 17. Militare tenebantur. *ibid.* Duplicis ordinis erant. 18. Nobilitantur. 21.

**JOSEPHO I.** cooperante motus Rakocziani cessant. 276.

**JOSEPHUS II.** totam ferme Monarchiae formam innovat. 390. Ejus indoles. 391. Militiae numerum auget. 395. Decretum Tolerantiae  
Chri-

## I N D E X

- Christianae edit. 395. Alia ejus instituta.  
394.  
ISMAELITAE Christiana sacra amplectuntur.  
125.  
JUDICIS Nobilium Officium prima Regni aetate.  
43.

## K.

- KAROLYI Alexandri laus. 276.

## L.

- LADISLAUS I. Sanctus Croatiam Hungariae  
adjungit 66. Russiam rubram subjicit. *ibid.*  
LADISLAUS II. et III. exiguo tempore regnant.  
68. 69.  
LADISLAUS IV. Cognomento *Cumanus*, perdi-  
tae vitae Princeps. 114. Cumanis ex toto  
addictus Hungaros spernit. *ibid.* A Cumanis  
interficitur. 116.  
LADISLAUS V. Posthumus Joanni Huniadi  
gratus. 157. Extraordinariam Insurrectionem  
promulgat 158. Celebris sub eo de Turcis  
victoria. 167. Totius gentis odium incurrit.  
169.  
LEGES MILITARES vid. *Militares, Insurrectio,*  
*Banderia,*  
LEOPOLDUS contra libertates Regni multa a-  
git. 273. Proceres de remedio consultant.  
274. Excessus in Hungaria sine suo scitu  
patratos fatetur. 304. Ejus virtute a Turcis  
Hungaria liberatur. 306. Maxima Insurrectio  
sub regimine illius. 329.

LI-

## MATERIARUM.

**LIBERI**, seu libertatis denarii tributi olim species. 55.

**LIBERI**, idem quod Subditi prima Hungariae aetate. 21.

**LIBERTINI** quid? 424. Multi ad statum colonicalem reducti. 426.

**LUCRUM** Camerae quid? 123.

**LUDOVICI I.** virtutes. 127. Leges. 128. Virtus militaris. 130. Triumphi. 134.

**LUDOVICUS II.** Ejus indoles. 245. Leges civiles. 246. Leges militares. 249. Tristis sub eo Regni status. 251. Clades Mohachiana. 261. Memorabile ejus responsum SS. Regni datum in campo Mohachiano. 463. Palude mergitur. 264.

**LUSTRATIO** Nobilium tempore Infurrectionis. 352. Gentium. 353.

**LUXUS** Reipublicae perniciosus. 10.

## M.

**MARDURINAE** tributi species. 55.

**MARIA**, Rex Hungariae, pravis Palatini Gara consiliis seducitur. 135.

**MARIA THERESIA** coronatur. 374. Bellum successionis oritur. ibid. Hungari Infurrectionem deecernunt. 376. Ejus norma. 377. Felix progressus. 381. Beneficia M. Theresiae in Gentem Hungaram. 384. Confinia ordinata. 387. Desiderium sui apud gratos Hungaros post fata relinquit. 389.

**MATHIAS CORVINUS** in Bohemiam abducitur. 169. Rex eligitur. 170. Ejus indoles 171.

M m

Ar-

## I N D E X

- Artes regnandi. 173. Scientiarum quor. 176.  
 Norma militandi. 184. Leges militares. 185.  
 Victoriae. 205. Status Aerarii. 206. Leges  
 politicae. 211. Obitus ibid.
- MATHIAS II.** a fortitudine clarus. 295.
- MILITARES** leges sub Sigismundo. 141. Sub  
 Alberto. 150. Sub Ladislao Posthumo. 156.  
 Sub Mathia Corvino. 185. Sub Uladislao II.  
 226. Sub Ludovico II. 249. Sub Regibus  
 e domo Austriaca. 345. Sub Carole VI. 373.  
*in not.*
- MILITIA.** Arpadus stabilem in Regno militiam  
 constituit. 12. 17. Quam ampla prima Hunga-  
 riae aetate. 44. Alia tamen ordinaria, alia  
 extraordinaria. 48. 432. Facilitas eam su-  
 stentandi. 51. *et sequent.* Incitamenta. 57.  
 Incuria et prodigalitate Regum nationalis mi-  
 litia dissipata. 78. 79. Sub Carolo Roberto  
 Ludovico I. et Mathia Corvino florens. 125.  
 130. 181. Cur majori parte ex Equitatu con-  
 stiterit? 130. Militiam stipendiariam Rex  
 ex proventibus suis intertenere debet. 226.  
 Militiae Caesareae licentia lamenta in Regno  
 causat. 285. Quae causa? 292. Militiae na-  
 tionalis sub Regibus Austriacis lustratio. 353.  
 Iter et descensio. 356. Disciplina. 359. Sti-  
 pendia. 361. Provisio. 362. vide *Insurrectio.*
- MINISTRORUM** malus delectus Reipublicae pet-  
 niciosus. 91. 92. Ministerii nifus ad oppri-  
 mendas libertates Nobilium sub Leopoldo. 294.  
 301.
- MOHACHIANA** clades. 261. Funestae ejus  
 sequelae. 264.
- MOLDAVIA** Regno Hungariae tributaria reddi-  
 tur. 124. A Corona Hungariae avellitur.

## MATERIARUM.

224. Revindicata rursus a Turcis occupatur.

277.

**MONACHIS** Hungaria sub primis Regibus repletur. 73. Nimia Regum in fundandis monasteriis facilitas. *ibid.*

## N.

**NEUGARII** Hungariae incolae. 125.

**NOBILIUM** origo, praerogativae, vicissitudines.

Inter Hungaros e Scythia venientes jam fuit peculiaris ordo Nobilium. 26. Erronea ea in re. Verböczii opinio. 32. Arpadus Bona distribuit, hinc origo Nobilium possessionatorum

28. Sub Regibus numerus Nobilium augetur.

34. Una eademque omnes libertate gaudent.

37. 129. Cur servientes, Equites Aulici,

Familiares Regis, Regium Banderium olim

dicti? 38. Comites pariter appellati. *ibid.*

A jurisdictione Castri exempti peculiarem ha-

buere Judicem. 43. Extraordinariam Regni

militiam constituebant. 48. Monita S. Ste-

phani Emerico filio data, qualem se erga

Nobiles exhibere debeat? 40. Regum quo-

rumdam incuria, aut vindictae studio Nobili-

tas premitur, et ad incitas redigitur. 81. 88.

Subinde longa pace in luxum declinat. 93.

Quam id Regno perniciosum. *ibid.* 112. An-

dreas II. avitas Nobilium libertates restabilit,

et bulla aurea confirmat. 89. Sub Ladislao

IV. ad summam reducuntur egestatem.

115. Caröli Roberti singulare erga Eque-

## I N D E X

strem ordinem studium. 125. Ludovicus I. novis eum exornat favoribus. 128. Idem Sigismundus quoque facit, 149. Mathias Corvinus familiariter eum eodem agit. 174. Subsidia a Nobilitate non auctoritate, sed precibus impetrat. 174. 207. Sub Uladislao II. a praepotentibus Proceribus graviter premitur 220. Rusticorum seditio contra Nobilitatem. 222. Sub Ludovico II. tristis Regni status SS. et OO. sollicitos reddit. 246. Discordiae inter Proceres et Nobiles Regno fatales. 261. Sub regimine Domus Austriacae usque ad Leopoldum Caesarea militia Nobilitatem premit. 284. Innumerae ejus afflictiones. 292. Ministerii nifus ad evertendas ejus libertates. 301. Quam id Regno et Regibus perniciosum. 301. Carolus VI. libertates Nobilium conservat. 367. Nobilitatis studium erga M. Theresiam. 376. Et vicissim hujus erga illam. 385. Ejus perpetua a contributione immunitas in dubium vocari non potest. 428. Hac salva Regnum felix, et fortunati Reges. 397.

**NOBILIUM** gesta. Sub Ducibus et primis Regibus Regnum saepe ab interitu vindicant. 39. In subjugandis provinciis utilem operam praestant. 49. *in not.* A Tataris ingentem cladem patiuntur. 97. *et sequent.* Sub Carolo Roberto, et Ludovico I. fortiter pugnant. 125. 131. Ad Varnam flos Nobilitatis perit. 154. Sub Mathia Corvino militari virtute, et subsidiis Regno succurrunt. 187. 207. Sub Uladislao II. seditionem rusticanam comprimunt. 222. In pugna ad Mohacsium cum Turcis commissa multi intereunt. 264. Vir-  
tute

## MATERIARUM.

tute Nobilium Tököliani rebelles dispulsi. 275. Sub Leopoldo et Carolo VI. hereditarium Domui Austriacae Regnum faciunt. 311. Immenfos sumtus in liberandam a Turcis Hungariam profundunt. 313. Continua duorum prope feculorum militatione Patriam a Turcis liberant. 320. *et fequent.* Pro M. Theresia arma capiunt. 375. Domum Austriacam ab hostibus liberant. 381.

**NOBILIUM** militandi obligatio, *vide Infurrectio, militaris.*

**NOBILES** unius feffionis. Eorum origo 21. Viritim infurgant, 144. 251. 259. 332. — Juxta facultates levantur. 194. De 36 portis unum equitem statuunt. 241. Subsidia praeftant. 314. *et fequent.* Sub Domo Austriaca vario modo infurgunt. 321. *et fequent.* In particularibus expeditionibus de quinque Curiis unum equitem statuunt. 338. Taxae subjiciuntur pro ftipendio Capitaneorum convertendae. 340. Eorundem lustratio. 353. Qui propter paupertatem infurgere non poffunt, plures fimul equitem statuunt. 378.

**NOBILES** Praediales, *vide Praediales.*

**NOBILES** Armaliftae. Eorum origo 36. Viritim infurgunt. 325. 327. 328. 332. 339. 377. Equites mittunt. 326. Taxantur. 340. Confcribuntur et lustrantur. 353. Pauperes plures fimul equitem statuunt. 378.

**NONA** Nobilitati a Ludovico I. confertur. 128.



# INDEX

## O,

OTTO Rex e Regno pellitur. 118.

## P,

- PALATINUS** vi officii est generalis Regni Capitaneus. 345. Potest tamen alter ei, sed e natione Hungarâ substitui. 346.
- PALFFY** Joannis Comitûs merita de Patria. 276. Et de Domo Austriaca. 376.
- PENSAE** unius qualis olim valor? 45.
- PETRUS** Alemanus dictus, cur Hungaris exosus 63.
- PHILISTAEI** vide *Saxigss.*
- PLEBS** rustica sub Uladislao II. seditionem movet. 222. Sub regimine Austriaco a Turcis, militibus, aliisque modis miserum in modum affligitur. 290.
- PORTALIS** Insurrectio vid. *Insurrectio.*
- PORTARUM** nomenclatio unde originem sumserit? 123.
- PRAECONUM** Castri officium. 42.
- PRAEDIALES** Eorum origo. 409. Militare tenentur. *ibid.* Alii Nobiles, alii quasi Nobiles 410. Alii Ecclesiarum, alii Regii, aut Procerum. 414. Viritim insurgere tenentur. 473.
- PRISTALDI** officium. 42.
- PROCERES**, Eorum origo. 26. Praepotentia. 81. 89. 148. 155. 216. 220. Luxus. 93. 215. Ladislaum Posthumum spernunt. 114. Carolus Robertus discordias Procerum componit. 121.

## MATERLARUM.

121. Joannes Huniades invidiam eorum. incurrit. 157. Uladislavus II. monetur a Proceribus. 214. Sub Ludovico II. de restauranda Republica multa utilia constituunt. 246. Nobilitas ab iis se separat. 261. In pugna ad Mobachium multi eorum occumbunt. 264. Sub Leopoldo Proceres cum Palatino de quaerendo tot malorum remedio deliberant. 274. Res. detegitur. Tristes sequelae. ibid. Carolus VI. discordias Procerum componit. 371. M. Theresiae ab omnibus derelictas indolent. 376. Eorum exemplo univ. Nobilitas ad arma confurgit. 376. vide *Nobiles*.

## R.

**RAKOCZY** Georgii bellum civile. 273.  
**RAKOCZY** Franciscus bellum civile suscit. 276.  
 Spontaneum exilium eligit. ibid.  
**RAMAE** Regnum, vid. *Bosnia*.  
**RASCIÁ**, alias Terra Racy vid. *Servia*.  
**RASCIANI** personaliter insurgunt. 331.  
**REGUM** indoles, artes regnandi. Sint humiles, pacifici, mansueti. 40. *in not.* Nobiles ut milites, non ut servos respiciant. ibid. Non sint prodigi. 78. Ira, vindictae studium abesse debet. 89. Si amorem populi habere volunt, eum vicissim ament. 90. Ars dissimulandi nulli magis necessaria. 92. Pulcrum ea in re exemplum Josephi II. Ibid. In deligendis Ministria summa debet esse diligentia. 92. Cur proverbium: *mortuo Mathia, periit justitia* in Hungaria invaluit. 172. Ars regnandi Mathiae Corvini

## I N D E X

- al 179. Rex Hungariae severitatem mixtam  
 clementia, tum martialem spiritum praese-  
 ferat. 214. Cur confidentia inter primos  
 Reges Austriacos, et Regnicolas imminuta?  
 207. Quam necessarius Tolerantiae Christianae  
 spiritus erga Acaatholicos? 306. Nec Mo-  
 narcha sine Nobilitate, nec Nobilitas sine  
 Monarcha subsistere potest. 302. M. The-  
 resiae amor erga Nationem Hungaram, 386.  
 Et Hungarorum erga eam. 376. 389. Jo-  
 sephi II. Summa erga omnes affabilitas 392.  
 Aerarii Regii se non Dominum, sed Admi-  
 nistratorem existimat, 392. Reges tandiu  
 solum fortunati, quamdiu Nobilitas in suo  
 vigore manserit 397. Reges e Domo Austri-  
 aca. *Vid. Austriaci.*
- REGUM** primae aetatis potentia. 44. Divitiae,  
 53. Cur sub successoribus Regnum in ruinam  
 actum? 71. Errores Politici. 73. Nimia li-  
 beralitas. *Ibid.* Castrensium Bonorum disper-  
 sio. 78. Aerarii dissipatio. 80. Divisio Regni.  
 86. Immoderatus erga externos affectus. 90.  
 Nimius rigor. 91. Mafus Ministrorum de-  
 lectus. 92. Stipendaria sua militia Regnum  
 defendere tenentur. 141. 226. Infurrectionem  
 indicendi jus habent extra Dietam, sed non  
 eam regulandi. 454. Eorum praesentia inter  
 Insurgentes Nobiles an necessaria? 462.
- RELIGIONUM** diversitas. *Vid. Acaatholici.*
- RELUTIO** Infurrectionis. *Vid. Infurrectio.*
- RUSSIA** rubra Regno Hungariae adjungitur.  
 134.
- RUTHENI.** Hungaris e Scythia venientibus se  
 associant. 3. Confinis custodiendis admoventur.

## MATERIARUM

tur. 3. 7. Praecipua eorum Arx Orsz-yár.

8. A lucro Camerae immunes militare tenebantur. 191. 197.

**RUDOLPHI** in Aetholicos immoderata austeritas 299.

**RUSTICI**. *Vid.* Plebs rustica.

## S.

**SAXONUM** in Hungariam adventus. 67.

**SCLAVI** Valachorum fidem tenentes a lucro Camerae immunes. 191. More solito exercituent. 197.

**SCLAVONIAE** Regnum. A primis Hungaris subjicitur. 6. 7. *in not.* 64. Bela III. Syrmium revindicat. 68. A Banis gubernatur. 9. A Turcis una cum Syrmio occupatur. 277.

**SEDITIONE** rusticana 222. Ab insurgente Nobilitate comprimitur. 223. *Vid. Bella.*

**SERVIA**. Evastatur. 67. Coronae Hungariae asseritur. 68. Ab Hungaria se separat. 113. Hungariae restituitur. 206. A Turcis cum Belgrado occupatur. 256. 277. Ad Coronam redit. 307.

**SERVORUM** Bello captorum dura olim in Hungaria conditio. 22. Postea mitior reddita. *Ibid.*

**SICULI** Attilae reliquiae Hungaris se lociant. 5. Confinia Transilvaniae custodiunt. 8.

**SIGISMUNDUS**. Ejus leges, et peculiaria instituta. 137. Rem militarem ordinat. 138. Debiliorem civium partem tuetur. 148. Ejus obitus. 149. Ejus leges, fundamentum Infurrectionis. 441. In compendio recensentur. 446.

M m 5.

SLA-

## I N D E X

- SLAVI.** Hungaris se subiciunt. 5. In societatem armorum ab iis adsciscuntur. Ibid. Eorum Primoribus Bona confert Arpadus. 30. Ultimus eorum Princeps Zubur. 6. Ubi eorum Regnum fuit? Ibid.
- STAHRENBERG** Ernesti Rudigeri fortitudine Vienna a Turcis liberata. 306.
- STEPHANI S. Regis** monita de Equestri Ordine aestimando. 40. Rebelles Duces domat. 63. Episcopatus et Monasteria fundat. 72. Regia Bona abalienari prohibet. 79. *in not.* Qui vocantur Jobagyones S. Stephani. 18. Regnum Deo commendat. 119.
- STEPHANUS. II.** Belgradum funditus evertit 66.
- STEPHANUS V.** bellam cum Bohemis impere gerit 113.
- SUBDITI** primis Hungariae temporibus *Beneficiarii*, item *liberi dicti*. 21. Eorum obligatio 22.
- SUBSIDIA** ampla Mathiae Corvino decernuntur. 207. Ita et Ludovico II. 260. Nec non Austriacis Regibus contra Turcas. 313.
- SUPREMI Comites.** *Vid. Comites Castrorum.*
- SZILAGYI** Michael Gubernator. 170. Quibus conditionibus? *ibid.*

## T.

- TATARORUM.** in Hungariam irruptio. 97. Hungaros caedunt. 99. Fugant. 101. Inaudita eorum crudelitas. 104. Tristis Regni status post eorum discesum. 108. Reflexiones. 111.
- se-

## MATERIARUM

secunda eorum irruptio. 114. Multi in Hungaria remanent, et fidem Christianam amplectuntur. 125. Militare tenebantur. 161. 166. 197.

**TERRAE** Regales quae? 55.

**THEATRUM.** Eperjesiense sanguineum. 303. Publica lege tollitur. *ibid.*

**TÖKÖLI** Emericus. Bellum Civile. 275.

**TRANSILVANIA.** Olim Ultrasilvaniae partes dicta. 7. *in not.* Qui populi illius ante ingressum Hungarorum. *ibid.* Dux Hungarorum Tuhutum eam devincit, suaeque posteritati asserit. 30. 63. S. Stephanus eam Hungariae adjungit. 63. A Vaivodis gubernatur. 9. Limites Siculi custodiunt. 5. A Saxonibus terrae Regales impopulantur. 67. A Tataris vastatur. 108. Saxones census et jura Regia negantes edomantur. 134. Joannes Huniades fit perpetuus Comes Bisztriciensis, 157. Saxonibus militandi onus incubuit 197. Turcae in campo Kenyér-mező caeduntur, 206. Episcopi Transilvanicensis, prout et Vaivodae Banderium. 231. 232. Principes Transilvaniae Bocskay, Bethlem, Franciscus Rakoczy, seditionum in Hungaria auctores. 269. *Et sequent.* Apafi seditionis Tökölianae fautor. 274. Septem Hungariae Comitatus Stephano Bocskay ceduntur. 270. Per duo secula jam Turcis, jam propriis Principibus, jam Domui Austriacae paret 277.

**TRIBUTORUM.** variae species. 55.

**TRICESIMAE.** Regum proventus. 56.

**TURCARUM** dominatus in Hungaria sub Regibus Austriacis. 277. Pelluntur. 304. 366.

Ea

## I N D E X

· Ea gloria debetur Regibus e Domo Austriaca  
307. Tum Hungarorum fortitudini. 312.

### U.

**UDVORNICI** qui ? 20. Coetui Nobilium aggregantur. 21.

**ULADISLAI I.** Ad Varnam caedes. 152.

**ULADISLAUS II.** Ejus indoles nimis mollis. 213. Monetur a Proceribus. 214. Majestas Regia valescit 215. Aerarium diripitur. 218. Discordias Procerum. 220. Seditio Rusticana. 222. Regni diminutio 224. Leges militares. 225. Ejus obitus 243.

**URBURAE** quid ? 56.

### V.

**VAIVODAE** limitanearum Provinciarum summi Praefecti. 9.

**VALACHI**, olim Blachi, ante ingressum Hungarorum, Transilvaniae, et moderni Districtus Temesiensis incolae. 7. Illis Dux Gelou, his Dux Glad imperabat. ibid. Sub Ladislao Posthimo juxta numerum fessionum exercituant. 161. 166. Sub Mathia Corvino a lucro Camerae immunes fuerunt. 191. Militare tamen tenebantur. 197.

**VALACHIA** tributa Hungaris pendit. 57. Sub Carolo I. despicit, sub Ludovico I. ad obsequium redit. 134. Turcarum Dominatui sub-

## MATERIARUM

·subjicitur. 277. Valachiae Gubernatores Vai-  
vodae olim. 9.

VAR-NAGY. V. *Castellanus.*

VECTIGAL maritimum Regius proventus. 57.

VENCESLAUS Regno se sponte abdicat. 117.

## Z.

ZAPOLYA Joannes Corona Regni potitur. 266.

Cum Ferdinando I. infeliciter dimicat. 267.

pacem init. 268.

---





## ERRATA CORRIGE.

---

<i>Pag.</i>	<i>lin.</i>	<i>loco</i>	<i>lege.</i>
12.	5.	proscipiciendum.	prospiciendum
8.	6.	Mufun	Mufun
46.	12.	mimine	minime
54.	17.	eo	eos
62.	5.	multitudine	multitudine
—	in not.	vir	viri
89.	10.	Pofseffionihua	posseffionibus
160.	20.	Bandertatum	banderiatum
169.	4.	Ministi	Ministri
210.	4.	gratiftus	gratificatus
Ibld.	8.	turcicus	turcicum
212.	11.	plurimum	plurimorum
241.	Citat.	c. a. b.	a. b. c.
276.	5.	Hungariae	Hungaricae.
293.	18.	execitas	exercitas.
352.	4.	Equilis	equitis.
355.	1.	milites	militis
359.	1.	Nobiles	Nobilis.
384.	not.	Item	Idem
435.	4.	deftationem	devaftationem.
460.	not.	fia	fiat.
478.	not.	monuis	monui.

**Reliqua benevolus lector facile obfervabit,  
et corriget.**

---









